AZ.

LV. A. 62.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LV
A
62
NAPOLI


Dissertatio de imperio
Romano, ejusq; in corpor,
aliis membris tam immed-
iatis quam mediatis

JOHANNIS THEODORICI

SPRENGERI BREVIS ET SUCCINCTA SYNOPSIS,

DE

IMPERIO ROMANO-GERMANICO, ejus capite & incorporatis membris tam immediatis quàm mediatis, horum REGALIBUS, & eorum affinibus controverſiis in jure publico ut plurimum uſitatis.

Impenſis & Typis Weiſſianis.

Anno M DC XLIX.

*Quid ſibi Germani facies vult pal-
lida regni?
Fortè notat ſummum non procul
eſſe diem.*

Illuſtriſſimo & Generoſiſſimo Comiti & Domino,

Dn. Ennoni Ludovico Comiti Friſiæ Orientalis,

Domino in Eſen / Stedensdorff / vnd Witmundt &c.

Heroi fortiſſimo,

Dn. ſuo Clementiſſimo

S. & F.

Poſt varias deliberationes tibi tanquam tutelari literatorum patrono, Illuſtriſſi-

ſtriſſime & Generoſiſſime Comes, hoc quicquid eſt laboris humilimâ ſubmiſſione conſecrare decrevi, utpote qui non tantùm teneram tuam ætatem tranſcendis, verum etiam præfulgidis literarum triumphis inter famigeratos Imperij Status ſicuti ſplendidum aliquod ſidus coruſcas. Cauſſæ verò complures primo conſpectu ſeſe offerunt, quæ me veſtræ Generoſitati planè ignotum ad eandem decurrere impulerunt; Cum enim Illuſtriſſimam Heroinam & Dominam Dominam Chriſtinam

Sophi-

Sophiam Heſſiæ Landgraviam, honoratam veſtram amitam, Dominam meam gratioſiſſimam in memoriam revocarem, in cujus conſiliis & officiis parens meus dilectus ſibi à piè defuncto Conjuge Illuſtriſſimo Principe & Dn. Dn. PHILIPPO III. Heſſorum Landgravio inclytæ recordationis clemẽtiſſimè delatis adhuc detinetur, non incongruum duxi, ſi *Heſſiacæ* affinitatis intuitu veſtræ Generoſitati in perpetuum ſervitiorũ monumẽtum haſce chartaceas quisquilias devotâ mẽ-

te nuncuparem. Suadebat id antiqua Friſiacæ Domus proſapia Regum cognatione præluſtris, jubebat gratioſa veſtra erga omnes literatos propenſio, adhortabatur ſummus ſcientiæ ſplendor, quo non tantum tuas verùm etiam externas nationes in tui venerationem excitas & admirationem rapis. Quibus Regiis virtutibus hæc mea diſſertatio commota veſtræ Generoſitatis patrocinium contra lividos ſuggillantium morſus implorat, illiusque clementiam ſibi firmiter promittit, quam ſi impetra-

petraverit, aliorum ſiniſtra judicia cacchinno excipiet, vel poti⁹ nihili æſtimabit. Accipe igitur ſereno vultu Illuſtriſſime & Generoſiſſime Comes hocce literarium tuoq́; conſpectu indignum munuſculũ, in quo ſi quid obſcurum imperfectumq́; apparuerit, tuo nominis ſplendore illuſtres humilimè peto.

Intereà Deus Ter. Opt. Max. veſtram Generoſitatem cum Generoſis Dominis parentibus, totaq́; familia ſub ſuo inexpugnabili clypeo defendat, & hoc Martiali ſeculo ab o-

mni novercantis fortunæ impetu paternè conſervet. *Hiſce* vale ſeculi noſtri jubar, & meæ temeritati clementer ignoſce. Dabam Francofurti ad Mœnum 10. Cal. Octob. 1648.

veſtræ Generoſitatis
Humilimus Servus
Joh. Theodor. Sprengerus.

Ad Lectorem benevolum.

MIraberis fortaſſis candide Lector, quod ego poſt innumera noſtri ſeculi lumina novam hanc diſſertationem in medium protraxerim, cum tamen magnarum rerum gravitas magnos requirat ſcriptores. Fateor quidem abſolutiſſimos magnorum Virorum Tractatus prodiiſſe, ut non immeritò de jure publico differere ſit poſt Homerum Iliada ſcriptitare. Sed mirari procul dubio deſines, ſi inſtituti operis cõſilium & cauſas quæ me ad hujus publicationem adegerunt, probè conſideraveris, è quibus non poſtrema eſt Authorum prolixitas, quæ ſæpe tyrunculum in confuſum & lativagum Oceanum miſerè præcipitat, cum tamen breviore via ad id perveniri poſſit, ad quod multi difficiliore ducti magno ſudore pervenerunt, illud quod ſparſim legi, in unum quaſi Corpus redegi, quod non vanæ gloriolæ aucupio ſed vero juris publici amore evulgare, & candido Lectori exhibere decrevi. Nihil quidem pro meo vendito, ſed carnes ad explendum oſseum hoc ſceleton aliunde collegi. Quod inſtitutum uti Lectori benevolo non diſplicebit, ita me ab omni reprehenſionis nota & improbo Sycophantarum morſu ſatis, ut ſpero, purgabit. Impulit inter me inter alia juris publici utilis jucunditas & jucunda utilitas cum enim ab-

ſoluto Philoſophiæ curſu me totum juri privato conſecrarem, hujus cognitionem ſine delibatione publici mancam fore, firmiter mihi perſuadebam, qua perſuaſione ductus aliorum ſuggillationibus ſusque deque habitis materiam tempori accommodatam utilem & neceſſariam ſimplici brevitate & conciſo ſcriptionis genere tractandã ſuſcepi. Equidem non me fugit, vivere nonnullos in puerili iſta hæreſi, juris publici cognitionem eſſe mantellum ignorantiæ privati, ideòque huic unicè incumbendum clamitant. Unde communis error in noſtra Germania natus ſucceſſu temporis planè inolevit, ut ſi quis evolvendis juris privati tricis quinquennium impenderit, ſtatim (quod Clapmarius conqueritur) gubernaculis admoveri, imo ad ſummum Imperatoris Conſiſtorium trahi contendat, qui tamen (quod ridiculum videtur) poſt habitã juris publ. cognitione needum per ſomnium mutatum Imperij Statum conſpexit. Quos juris privati helluones & rei nummulariæ addictos ſuis relinquo moribus, Doctorũ ſecutus judicium. Sed ne te, Cãdide lector, hiſce meis quisquiliis ulterius detinere videar, plura mitto & in Nomine Domini noſtri JESU CHRISTI, qui omnium noſtrarum actionum principium, medium & finis, ad brevem & ſynopticam (ſic enim appellare licet) Imperij Romano-Germanici delineationem progredior.

CAPUT

CAPUT. I.

AUguſtum Imperium Romanum, quod ab urbis Romanæ incunabulis ad noſtra uſque ſecula perduravit, eſt ultima & ſuprema Monarchia, cujus ſplendor ad extremum uſque diem radios ſuos ejaculabitur, cujus poteſtas, (ſi *Danieli* credimus) nec à ferociſſimis nationibus infringi nec à potentiſſimis minui aut violari poterit.

Collocatur hoc à *Daniele* in pedibus *ferreo luteis*, & depingitur imagine monſtroſæ & crudelis beſtiæ, quæ longè latèque graſſando dentibus ferreis omnia devorat & comminuit. Hoc enim ſicuti potentia nullis cedit, ita perpetuitate priora regna longo intervallo poſt ſe relinquit. Per mixturam a. ferri & luti Propheta innuere voluit, hanc ultimam Monarchiam

ex parte firmam ex parte verò admodum debilem fore, quod demonſtravit eventus, ſi quidem plurimæ nationes jugo excuſſo Imperio Romano ſubdolè ſe ſubduxerunt, ut Hiſpania, Gallia, Dania & plures aliæ.

Sub hac ultima Monarchia eſt præciſus lapis de monte ſine manibus, hoc eſt ſicut explicant Dd. natus de gente Judæorum ſine opera virili, noſter *Salvator Dn. Ieſus Chriſtus* qui felix Auguſti regimen ſua nativitate ſacrare voluit. Proinde non immerito Sacroſanctum, nobiliſſimum *l. guaris ff. de natal. reſtit.* & inviolabile, *l.* 8. *ff. de rer. div.* appellatur.

Dividitur in Vetus & Novum.

Vetus quod aliquoties faciem mutavit, duxit originem anno Mundi 3197. ante Chriſtum natum 751. à Romulo & Remo, qui jactis Urbis fundamentis Imperium aliquod regale conſtituerunt, quod duravit uſque ad Tarquinium ſuperbum, qui ob filij commiſſum ſtuprum in Caſtam Lucretiam, regno deturbatur miſerè cecidit. Poſtea converſum fuit in Ariſtocratiam,

tiam, regimine videlicet ad Optimates devoluto: Hæc deinde in Democratiam degeneravit, cum ſummum Imperium plebi communicaretur, & plebiſcita vigorem legis haberent. Hæc rurſus converſa fuit in Monarchiam, cum Respublica Romana ſub Octavi Auguſti poteſtatem redacta ex minimis & anguſtis initiis ad ſummum potentiæ culmen pervenerit & Roma Caput Orbis, gloriæ domicilium & domus æternalis conſtitueretur.

Novum quod eſt triplex: Orientale, Pontificiale & Occidentale.

Orientale: initium traxit à Conſtantino usque ad Juſtinianum, incrementum à Juſtiniano ad Nicephorum Phocam, cecidit ſub Andronico.

Pontificiale: quod Imperium Papicolę in ſummo rerum diſturbio, neſcio quo capite ſibi vendicarunt, & tam de Eccleſiaſticis ſtatuere quam ſecularibus ſe immiſcere non erubuerunt.

Incepit autem tale à Sylveſtro: Floruit à Conſtantino usque ad Gregorium I. cecidit ſub Leone X.

Ultimum & occidẽtale, q̃ nos Romano-Germanicum vocamus, Carolus M. natione Germanus partim jure belli partim Impp. Conſtantinopolitanorum ſuffragio & S.R.I. accedente conſenſu (favente divina clementiâ) citra Pontificis authoritatem acquiſivit & ad Francos transtulit, quod elegiaco carmine ita reddidi:

Quod tulit innumeros *Germania* magna triumphos,
Quodq; premit pedibus plurima regna ſuis.
Hoc debere tibi nos *Carole* Magne fatemur
Inter honoratos connumerande Duces.
Vicit Romanos tua gloria bellica Reges,
De qua judicium, poſteritatis erit.
Jactet Alexander ſua prælia, Scipio jactet,
Quos Vates magnis annumerâre Deis.
Bella tamen longè tu nobiliora gerebas,
Quæ tibi perpetuum conciliâre decus.

Ergo

Ergo Germanos memora Romane Monarchas,
Quorum candidulis fama volabit equis.
Donec purpureo labentur lumina cœlo,
Donec erit Phœbus, ſidera donec erunt.

Definitur Imperium Romano Germanicum, quod ſit ultima & ſuprema Monarchia bellica Caroli M. virtute à Græcis immediatè ad Germanos translata, inq; hodiernum diem continuata & ad noviſſimum diem duratura.

Quod ſit Monarchia nemo negabit, quod autem ad ſummum uſque diem ſit duratura, conſtat aperto *Danielis* vaticinio: Beſtia enim quarta, cujus imagine depingitur, uſque ad adventum Chriſti permanebit *cap. 7. verſ. 9. 10. 13. 14. & ſeqq.*

Hîc quidem aliqui ſcrupuloſè diſquirunt? An illud debeat intelligi de Adventu Chriſti in carnem an de adventu ad judicium? Sed hoc dubium facilè diſſolvitur per *verſ. 9. d. cap. 7.* quid de

 ſeſſi-

ſeſſione Chriſti in throno Majeſtatis loquitur, unde cuivis obvium eſt, quod hoc debeat intelligi de adventu ad Judicium. Proinde *Lutherus in præfatione ſupra Danielem c. 7.* ait: Daß wir nunmehr nichts gewiſſers zu gewarten haben / dann deß Jüngſten-Tags/dann der Türck wird nicht mehr Hörner vber die drey abſtoſſen.

In data autem definitione 4. Conſideranda 1. Cauſa efficiens, quæ vel eſt principalis vel minus-principalis, Principalis eſt DEus T. O. M. cujus gratia Reges regnant, *prov. 8. v. 15. ſapien: c. 6, v. 4 Dan. 2. vers. 37.* à quo omnis poteſtas deſcendit, *Nov. 28. c. 4.* R. A. *de ann.* 1570. *Spira.* Hinc illud vulgatum in diplomatibus: Wir von GOttes Gnaden N.N. erwöhlter Rö: Kayſer. Quapropter Henricus Auceps ad filium Ottonem M. En tibi, inquit, Imperium non à Majoribus mihi relictum ſed per memet ipſum acquiſitum & a ſolo DEO conceſſum.

Minus principalis eſt *Carolus* M. qui illud ſuis bellicis triumphis acquiſivit, ſicut ex ſupra dictis illuceſcit.

Fuit

Fuit hic origine, natione & idiomate Germanus, cujus parens fuit Pipinus in Francia, Germania natus & educatus, quod Villarum & Monaſteriorum ab ipſo Conditorum nomine ſatis exprimunt. *Cuſpin. in Vita Carol. M.*

Si hujus patriam ſcire deſideras Ingelhemium eſt, quod duobus milliaribus à Moguntia diſtat:

Propterea etiam in Francos (qui partim in Franconia partim ultra Rhenum ſedem conſtitutam habebant juxta *Am. m. lib. 20.* & non Galli ſed Germani fuerunt. Hinc ad evitandam erroneam Bodini opinionem in noſtro idiomate illa diverſitas inter vocabulum Frantzen & Frantzoſen/ benè obſervare debet. Quicquid igitur *Andreas ſine Bono* (ſic enim illum cum Cujacio appellare licet) in contrarium calamo impudenti & fundamento ſatis areno-ſo ſcripſerit, nos non movet.

Ex his præter alia colligitur, Carolum M. Imperium non à Pontifice accepiſſe ſed mediante bellica virtute acquiſiviſſe. Abeant itaque illi qui neſcio qua ambi-

tione inflati eo dementiæ proceſſerunt ut à Pontifice Rom. ad Germanos Imperium eſſe devolutum firmiter ſibi perſuaderent. Quam dementem credulitatem Innocentius III. concepit qui jus & poteſtatem eligendi Imperatorem ab Apoſtolica ſede perveniſſe ſcribit, quod *Gloſſ. in c. in apibus* 2. *quæſt* 1. affirmat; ubi dicitur quod ille qui ſtatuit Imperatorem Jurisdictionem habere ſine Papa, dicat nos Imperatore carere. Ad eundem ſcopum collimant Hadrianus VI. & Alexander III. ejusdem impudentiæ arguitur Bonifacius VIII. qui Alberto Auſtriaco coronam petente gladio cinctus & Imperatoria ornatus corona ita exclamaſſe fertur: Ego *ſum Cæſar & Pontifex, Gunth. in Ligur.* 6 de quibus ſi plura deſideras, vid. Thraſonicam Legati Pontificii orationem, quam recenſet *Advent. libr. 6. fol.* 636.

Fundamentum quo abſurdiſſimam ſententiam muniunt, deſumitur ex ſacris, ubi dicitur: Quod Domini ſit terra & plenitudo ejus. Ex quo ſic inferunt: Deus

us ſuit Dominus Univerſi Rom. Imperii E. etiam Papa, qui eſt Vicarius Chriſti & omnia non ut homo ſed ut Deus adminiſtrat *c. ad Apoſt. §. nos itaque de ſentent. & re. judic. in 6.* pro his pugnant *gloſſ. in Clement.* 1. *§. Cæterum de jurejur. Barthol. l.* 1. *de offic. præf. urb.* ſed ceſſet vana hæc gloriæ captatio, exulent jactabunda & ſeſquipedalia verborum lenocinia, quibus Papicolædum egregium ſibi decus arrogare credunt, nugas agunt.

Ficulneum autem illud argumentum, in contrarium prolatum, facilè diſſolvitur, negando videlicet conſequelam, talem enim plenitudinem Papa à Deo nondum impetravit, cujus tamen ventilationem foro Eccleſiaſtico relinquimus: Sed poſito quod ſit ſucceſſor Petri, nihil tamen contra nos, qui enim talem primatum ſibi vendicat, debet potius audire Dominum Cœleſtem, *Luc* 22. evolvere ſacros canones, *c. nos ſi incompetenter* 41. §. ſed notandum 2. *quæſt.* 7. militare pro Eccleſia, cap. Clericum 5. diſtinct. 50. Cauſis civilibus abſtinere *L.* 41. *C. de*

Epiſc. & Cler. gladium populi deponere, & Petri claves aſſumere, *Cluten. Syll. rer. quotid.* concl. 3. Et denique noſtrum Salvatorem qui regnum ſuum de hoc mũdo eſſe negat, *Ioh.* 18. 16. *imitari*. Probroſum itaque eſt Papæ, qui omni regimine ſeculari renunciare debet, mundanis ſe implicare, turpe ſervo ſervorum, qualem ſe profitetur *l. quod attinet* 32. *ff. de R. I.* ſupremum mundi dominium concupiſcere. Hinc ad minuendam Antagoniſtarum opinionem Woldemarus Rex Daniæ, his verbis ad Pontificem ſcripſit:

Notum tibi facimus vitam nos habere à Deo, nobilitatem à parentibus, regnum à ſubditis fidem ab Eccleſia Romana, quã ſi nobis invides remittimus per præſentes. Nec timidius *Fridricus I. apud Gunth*:

Eccleſiam regat ille ſuam divinaque Jura,
Temperet Imperium nobis faſcesq; relinquat.

Et ut propius ipſam rem tangamus, quomodo Caroli Magni Imperium originẽ ſuam Leoni Papæ aſſcribere poteſt, cũ

tamen

tamen (ſicut cuivis in hiſtoriis mediocriter verſato ſatis patet) prædictus Papa nihil præter Pentapolin & Exarchatum Ravennatem habuerit. Quamvis quidem Carolum M. in magno Salvatoris die anno Chriſti 850. oleo unxit & diademate aureo ornavit, illa tamen coronatio, ut requiſitum aliquod accidentale nihil ad traditionem Imperii aut conſtitutionem Imperatoris facit. Nec eſt quod factum Lotharij objiciant, qui ad Innocentij II. pedes proſtratus, coronam Imperatoriam accepit: Hoc enim & modeſtiæ & ſuperſtitioni quæ tum temporis Imperatoris & plurium Regum animos occupavit, aſſcribimus: Nec eſt quod obtrudant Caroli M. Juramentum, quod Leoni III. præſtitit, aliud enim juramentum Eccleſiæ protegendę quale erat Caroli M. aliud vero ſubjectionis. Prius autem nullam inducit ſuperioritatem, de quibus poſtea plura.

2. Finis, qui eſt tranquillitas & ſalus Reipublicæ, quam bonus Princeps quoad

fieri poteſt, promovere tenetur, ſalus enim populi ſuprema lex eſt, *Cic.* 1. *off.* ſiquidem ut gubernatori curſus, medico ſanitas, Imperatori victoria, ſic moderatori Reipublicæ beata civium vita propoſita eſſe debet. Quippe qui ſalutem Reipubl. tueri *l.3. in pr. ff. de offic. præf. vigil.* & bonum publicum omnibus privatis præponere debet. *c. unic. in pr.* 2. *F.* 52 juxta illud.

Publica privato non cedant commoda lucro.

3. Materia, quæ eſt territorium ſive tauritorium quod hic non capitur pro Jurisdictione ſed pro diſtrictu certis limitibus definito. Hoc moderno ſeculo & ultima hac mundi ſenecta ita decrevit, ut vix centeſima Imperii Auguſtani pars ſuperſit, quod Aquilæ deplumatæ imago & eviſcerati noſtri Imperii facies abunde teſtatur. Hinc illæ lachrymæ in R. A. zu Trier vnd Cölln *de ann.* 1512. ibi das Reich iſt in merckliches Abnehmen kommen vnd iſt viel biſhero vom Reich entzogen worden / vide *Goldaſt*, in præf. der Reichshandlung ibi. dz von anbegieng der Regierung Rudolph. I

IV For-

IV. Forma eſſentialis quæ eſt ſtatus Monarchicus, Ariſtocratia tamen tempe-ratus. ita tamen ut Monarchia præponde-ret. De quo in ultima quæſtione hujus ca-pituli aliquid clarius tractabitur.

Deſcendimus jam ad 1. quæ talis eſt, An Donatio Conſtantini Sylveſtro Papæ ſit facta. Cùm nihil ſit tam abſurdũ, quod non ſuos nanciſcatur defenſores, etiam huius quæſtionis aliqui affirmativam aſſe-rere conantur, quibus ſubſcribit *Baldus*, quorum tamen argumenta, quæ apud o-mnes penè politicos diſcutiuntur pro-prium ſapiunt teſtimonium. His itaque poſthabitis, nos indubitanter negativam amplectimur; quam corroborant 1. Di-verſæ Antagoniſtarum opiniones, quibus ſuſpectam faciunt donationem, aliter e-nim *Leo X*. aliter *Melchiades*, aliter *Bal-ſamon*, aliter *Nicolaus III*. aliter *Petrus Da-mion*, alii aliter ſentiunt.

2. Quia quotquot Authores, qui de rebus geſtis ſcripſerunt, ne verbulo hujus faciunt mentionem, exceptis quibusdam malæ fidei Hiſtoricis, qui talem Sylveſtro

factam aſſerunt, ob ſanatam Conſtantini lepram, quam fabuloſam cenſet Platina in vit. Marc.

3. Quia nulla in toto Jure Civili hujus extat mentio, quæ ſi facta fuiſſet, tanquam memorabilis merito notari debuiſſet.

4. Dicunt hanc donationem factam eſſe anno Chriſti 337. cum tamen Sylveſter mortuus ſit an. 330.

5. Quia habuit tres filios, quibus Imperium reliquiſſe cenſetur, cum nemo propriis alienas largitiones præferre præſumatur *l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicom.* Ita ſentit *Euſeb. lib. 4. c.* 51 Hinc Æneas Sylvius antequam Pontificatum adipiſceretur, ſtolidos illos vocabat, qui deſudabant in diſputando: Num ea donatio valeat, cum tamen nunquam facta fuerit, atteſt. Guicciard. lib. 4. Sed poſito quod facta fuerit, nullitatis tamen accuſari poteſt, quia nemo poteſt alienare Imperium, cõſtitutus enim eſt non ut alienator ſed ut moderator, qui Imperio præeſſe & conſulere *l. 2. §. noviſſimè Il. D. de origine Juris.* ſubjectorum commoda inveſtigare *. qui*

ſun-

fundum 7. § ſi tutor D. pro empt. 31 l. tutor 27. D. de adminiſtr. & peric. tut. & imperii m amplificare non alienando diminuere debet *l. contra 28. § ult. D. de pact.* Hinc Auguſtus Mehrer deß Reichs / & Princeps quod noſtro idiomate ſignificat ein Fürſten quaſi Fürſtehern ſalutatur, cum inprimis imperium in nullius patrimonio aut marſupio hæreat, *Bald. in c. intellecto 33. de jurejur.*

Hoc itaque Imperium in totius populi Romani præjudicium alienatum (contra quod nullæ immemoriales currunt præſcriptiones, *Natta conſ. 636. Authent. Navigia (de furt.)* Moderni Imperatores jure revocare & Italiæ Dominos ſe profiteri merito poſſent, quo reſpexiſſe videtur, Maximil. II. qui dixiſſe creditur, quod nec hodie Italia alium Regem præter ſolum Cæſarem habeat, not. *Bodino l. 1. de Rep. c. 9.* Sed dicis 1. infeudare licet, ſed hoc eſt alienare E. Sed Reſp. neg. aſſumptionem *c. 1. §. 1. per quos fiat inveſtit. l. 2. F. c. unic. §. ſi vero ibi quod & ipſum qual. ol. pot. feud. alien.* per cujus con-

conceſſiones nihil decedit Imperio, Menoch. *conſ.* 37. n. 3. Infeudatio enim eſt nota ſuperioritatis, & petitio inveſtituræ eſt ſignum recognitionis Borch. *de feud.* *c.7.p.1.n.30.* 2. Quod talis reſtricta poteſtas, quod non poſſit alienare, obſcuret Imp. Maj. ſicut putat Bodin E. Ad quod Reſp. itidem neg. anteced. cum nec Galliæ Rex quem Bodinus Monarcham ſalutat, ſine Conſilio Procerum aliquid alienare poſſit. De hac donatione ſcripſerunt, Otto Friſing. lib. 4. *Marſil. Patav. in lib. ſuo, cui tit. Defenſor pacis. Ioh de Pariſ. tr. de poteſt. reg. & pap. Cluten. in ſyl. rer. quotid. Molin. in Comm. ad edict. Henr. Regis. n.*133. *Longov. in rep. l. imperium. ff. de Iurisdict. pag.* 4. Zaſ. *in l. Princeps n.* 6. de *Leg* Thom. *Mich. de iurisdict. ib. ib. & plures* alii.

II. *Q. An Imperium Germanicum, Romanum dici debeat.*

Affirm. placet.

ROmanum enim Imperium quamvis ſit ab urbe Romana ad Germaniam translatum, nihilominus tamen talem titulum

ſolum jure ſibi arrogat. Hoc enim non loco circumſcribitur, ſed in univerſo orbe conſiſtit, hinc dicitur Imperator mundi Dominus. *in l. ſi duas 6. §. Grammatici ff. de excuſat. tut.* Hinc ſub commodo Imp. dicebat Pompejanus: Romam illic eſſe, ubi eſt Imperator, Herodot. in Comm. juxta illud vulgatum: Vbi Helena, ibi Troja. Sed ſive Romanum vocetur, ſive non, parum meo judicio refert, cum honorificentius ſit Germanum quàm Romanum appellari. Fortitudo enim Germanica adhuc floruit, ſed Romana nobilitas diu decoxit, ex uſu tamen hodierno ſeculo noſtrum Imperium Romano-Germanicum appellari patet ex mandatis & literis Impp.

III. Q. Unde Germanus denominetur?

ALii à Germine, alii à Gerra, alii à Germana fraternitate deducunt, quam tantopere hi populi ſemper præ aliis coluerunt, alii ideo eos inde volunt dictos, quod præ cæteris nationibus τὸ γενναῖον poſſideant & toti ſint Ger-

Germani, quos ſi cũ aliis conferas (ut inqt Becan. l. 1. antiq. Antuerp.) minimum fuci plurimum vero antiquæ ſinceritatis & fidei ruſticanæ invenies. alii pro G. ponunt H. quod ſignificat Herman, quaſi ſint bellatores, ſed plurimi à Ger id eſt gar & Manno derivãt, qui Mannus fuit filius Tuiſconis & regnavit in Germania an. Semiramidis VI. fuit a. bellica fortitudine inclytus. Hinc Germann i. e. ſtrenuus vir. Vocatur a. noſtro idiomate Teutſch/ à Tuiſcone ita dictus. Tuiſcus autem alias Aſcenas nuncupatus. an. mundi 1787. fuit filius Gomeri, Japheti nepos, Nohæ pronepos, qui regnãte Nimrodo Tyranno in Aſyria libertatis gratia cum univerſa ſua familia migravit ex Armenia ſuper flumen Thanaim & ſe in aliquas regiones Germaniæ recepit. Et hæc eſt denominatio Germaniæ, quæ inter omnes Europæ nationes ratione amplitudinis inſigni fruitur prærogativa, unde natum illud vulgatum Drey Italien machẽ ein Franckreich vnd drey Franckreich machen ein Teutſchland. Hæc noſtra Germania bellicoſiſſimos alit, qui ob ſingula-

ularem fortitudinem ab exteris & magni
omiuis Authoribus ſplendidiſſimis en-
omiis decorantur. Sic Seneca l.1. de ira.
ermanis inquit, quid eſt animoſius, quid
l incurſum acrius, quid armorum cupi-
us, quo alludit illud tritum: Welcher im
rieg will Vnglück han/der fang es mit den
eutſchen an.

Eodem elogio illos Tacitus annal.13.&
neas Sylv. Ep.131. exornat. Accedit ad hoc
gularis Germanorũ fides, q̃ ab omnibus
teris approbatur, qui illud in ore habẽt:
dem ſi toto orbe pelleretur in una Ger-
nia tutũ domicilium inventuram eſſe.
ec de Germaniæ prærogativa ejusque
nominatione.

V. An ſtatus hodiernus Imperii Romano-Germanici ſit magis Ariſtocraticus aut Monarchicus?

HÆc quæſtio quamvis toties ſit agita-
ta, ut noſtram ventilationem non
ideret, aliqua tamen hic per tranſennã
ngere libuit. Ego poſterius ſtatuo
pter ſubſequentes rationes.

. Quia ſuprema poteſtas penes Impe-
orem reſidet, lege Regia in eum trans-

lata, quam exercet in omnes Imperii ſtatus tanquam ſubditos, *Cagnol. in l. imperium n.* 157. *de juriſdict.*

2. Quia habet quædam reſervata in ſignum præeminentiæ.

3. Quia omnes Imperii Status homagium Imp. præſtāt, & ab illo inveſtituram petunt, quæ apertam ſtatuum Imp. arguit ſubjectionem.

Et hæc ſunt argumenta, quæ militant pro noſtra opinione. Fateor quidē, procerum imperii eſſe maximam poteſtatem, ſed non tantam ut deroget ſupremæ Majeſtati, quæ inhæret oſſibus Imperatoris, *Molin. in conſuet. pariſ. t.* 1. §. 3. *gl.* 4. *n.* 16. Sed illud fortaſſis ſcrupulum injicit.

1. Quod Imperator non ſit ſolutus legibus E: nec Monarcha.

2. Quod coram Palatino tanquam Judice comparere teneatur.

His ita Reſp. & quidem ad 1. diſtinguendo inter leges civiles & fundamentales, de quibus paulo poſt aliquid ſpacioſius. Ad 2. convenit quidem coram Palatino, cujus judicio ſe non ex neceſſitate ſed ex liber-

liberrima voluntate ſubjicit, ſed non ut inferior & Vaſallus, hinc iudicium in ipſa curia imperiali inſtitui debet. Sic multi ſe ſubjiciunt aliorum tribunali, quibus tamen ex nulla parte ſunt ſubiecti, *Ruland. de Commiſſ. p. 4. l. 2. c. 3. num. 18.* ut Poloni Magdeburgum civitatem Germaniæ, VVeſalia, Aquisgranum, urbes Pomeraniæ Lubecam recognoſcunt, Jurisdictio itaque prorogata, quam nos Palatino libenter concedimus nec ſuperioritatem arguit, nec Imp. Maj. infringit.

Sed dicis Monarchicus Status, qui reſtrictæ poteſtatis eſt, Monarchicus non eſt, ſed Status Romano-Germanici Imperii eſt talis. E. Sed illud argumentum ex Gallico cerebello depromptum facile diſſolvitur, negando videlicet Maj. Quod ſi enim illud regnum, quod aliqua Ariſtocratia temperatum ad ſervandam Imperii dignitatem Monarchicum dici nequit, ſequitur nullum Statum Monarchicum in toto totius mundi theatro inveniri, niſi forte Tyrannos, Turcas & Barbaros, qui Imperium ſuum à fratris jugulatione

ne ordiuntur, pro Monarchis agnoſcamus.

Nec obſtat, quod hodiernus Imperator nihil habeat, quod externis Regib9 utpote Hiſpano aut aliis potentioribus opponere poſſit: à potentia enim ad Maj. arguere non licet, & multiplicatio nobium non inducit prærogativam, cum Maieſtas non ſit patrimonii qualitas, ſed perſonæ dignitas. Concludimus itaque hodiernum imperium eſſe Monarchicum Ariſtocratia tamen temperatum, ita tamen ut præponderet Monarchia. Miſcentur enim & remittuntur formæ rerum publicarum, juxt. Lipſ. ita tamen ut ſemper prævaleat aliqua pars. Hæc hactenus.

CAPVT II.

QVoniam autem omne Imperium ceu corpus ex capite & membris coaleſcit, à capite h. e. Imperatore ordiri decrevimus.

Imperator autem, qui eſt caput Imperii

rii Romano, Germanici Cæſar à Julio Cæſare nuncupatur, de quo num à Cæſarie vel quia ex matris utero cæſus erat, vel à cæſo elephante vel à Cæſiis oculis denominetur, vide *Limnæ: de jur. publ. lib.* 2. *c.* 1. 12. *& ſeqq.* Item Auguſtus ab auguriis, tem Princeps ſummus, *in l. princeps de Leib.* item culmen regale, *L.* 3. *C. de quadr. præſcript.*

Antiquitus nominabatur Divus & in numero Deorum reponebatur, ſed male, m illud epitheton omnem humanam nditionem tranſcendat, rectius ſanctismus illiusque reſponſum cœleſte oraculo appellatur *l. nullam ubi gl. C. de SS. Ecl. Titia* 34, *§. fin. de legat.* 2.

Dicitur potentiſſimus quia potentiſſi- Reges ut Rex Hiſpaniæ ratione Duca- Burgundiæ & Rex Daniæ ratione Hol- e illum ſuperiorem recognoſcunt, propter etiam à Turcarum Imperatore erwaltigſte vnter den Potentaten JEſu atur.

Eſt culmen & apex ſecularis juris- dicti-

dictionis à quo omnes aliorum principũ iurisdictiones deſcendunt. *L.* 1. *& l.* 4. *ff. ad L. Iul. de ambit. Novell.* 15. *L.* 1. §. *initio* 4. *ff. de offic. præf. vrb. L. quidam* 57. *in fin. ff. de rejud.* Et non tam Magiſtratus quã Magiſtratuũ cauſa nec tã dignitas quam dignitatum principum. Item ſummus Imperii moderator, ipſo *Bodino ſuffragante* 1. *de Rep. C.* 9. Hinc A. B. *t.* 2. *ubi E.* Moguntinus in electione Imperator jurat: Ich N.N. Biſchoff zu Mayntz will erwehlen ein Weltlich Haupt dem Chriſtlichen Volck / das iſt einen Römiſchen König zu einem Keyſer erhaben. Item in *Rec. Imp. Auguſt. de an.* 1566 §. Nach dem dann circa fin. ibi. Wie wir dann als Röm. Kayſer vnd das Oberhaupt im H. Reich / quo alludit illud quod curiæ VVormatienſi inſcriptum legitur:

Aſtra Deo nîl magis habent, nîl Cæſare terra.
Sic Cæſar terras ut regit aſtra Deus.

Hinc dicitur totius mundi Dominus *in L. deprecatio ff. de leg. Rhod. de jactu. & L. bene à Zenone C. de quadr. præſcript. Nov.* 105. item apud *Bald. conſ.* 238. *l.* 1. Corporalis mun-

mundi Deus eminens ſuper omnes tanquam ſtella matutina, in medio nebulæ meridionalis & in numiſmate Antonini Rector orbis appellatur, quod tamen non ita intelligi debet, ac ſi univerſi orbis Dominatum ſibi vendicet, cum nullus Imperatorum totam mundi machinam poſt hominum memoriam ſub poteſtatem redegerit, prædictæ enim leges non de univerſo ſed orbe Romano tantum loquuntur, cuius Imperator Dominus eſt, non quoad proprietatem, alias enim ſubditorum prædia alienare poſſet, ſed tantum quoad defenſionem & Jurisdictionem Imperialem *Gothofr. in præd. Leg. bene à Zenone.* quod Dominium Doctiores Juris appellant, diſtinguunt enim inter dominium Juris & proprietatis, quam diſtinctionem ex illa formula vns vnnd deß H. Reichs in vnſer vnd deß H. Reichs Statt derivant, ubi verba, Vnſer & Vns deſignant dominium Jurisdictionis, verba verò vnd deß H. Reichs dominium proprietatis notant, *Kirch. Diſp. 2. de rep. th. 3.*

B His

His præmiſſis ipſam Imperatoris definitionem aggredimur, definitur autem quod ſit ſumma & perpetua poteſtas in Imperio Rom. Germanico legibus civilibus ſoluta.

Dicitur autem 1. ſumma poteſtas ſive Maieſtas à magnitudine, eſt enim ſummũ decus & fulgidus ſplendor, ſine quo dignitas Imperii obfuſcatur, hinc merito Auguſta authoritas & celſitudo Principis indigitatur, à qua tanquam rivuli à fonte omnia regalia exoriuntur, fluunt & refluunt in Reipublicæ commodum & uſum Menoch. apud quem reſidet Juriſdictio tanquam ſcabellum pedum, *Molin. conſuet. pariſ.* §. 2. *gl*. 4. *n*. 9. Unde Imperatore præſente Juriſdictio Statuum quieſcit, *l. iudicium* 58. *ff. de judic. l*. 5. *C. de offic. rect. provinc.* Landrecht. *l*. 3. *art*. 60. In welches Land der Kayſer kompt/da iſt jhm das Gericht daſelbſt ledig. Siquidem ubi Leo pedem figit, ibi cætera animalia quieſcunt, & maius lumen obfuſcat minus, hocque ad ſe trahit *c. quod in dubiis de conſ. Eccleſ.*

vel

vel alt. c. unic. eodem in 6.

Talis poteſtas quæ eſt vita & anima Imperii tam arcte inhæret oſſibus Imperatoris ut nec ab illis ſeparari nec Statibus Imperii communicari poſſit.

Sed dicis 1. Omnis Maieſtas eſt ſubiectionis neſcia, Poteſtas Imperatoris non eſt E. Minorem probas 1. Quia conſtituitur ab Electoribus ſed omnis cauſa conſtituens eſt nobilior conſtituta. 2. Quia ab his etiam ſi indignus judicetur, exauthoritari & gubernaculis removeri poteſt, quod fieri non poſſet, niſi E E. aliquod in Imperatorem jus ſuperioritatis haberent, cum nec minor in majorem nec par in parem ſibi vendicare poſſit imperium. *l. 4. ff. recept. qui arbit.*

I I. Jura Majeſtatis communicentur imperii Statibus E. & ipſa Majeſtas, ſed hæc qua facilitate proponuntur eadem diſſolvuntur. Reſp. itaque breviter ad 1. principale argumentum, ne-

gando minorem, itemque proſyllogiſmi minorem , conſtitutus enim aliquando eſt nobilior & ſuperior conſtituente, quod videre eſt in populo Romano, qui olim lege Regia Imperatori omnimodam jurisdictionem etiam in ſemetipſum conceſſit. ad alteram probationem reſp. neg. conſeq. ſi enim in illum haberent Imperium, tunc pro lubitu etiam ſine minutiſſima cauſa exauthoritare poſſunt, quod eſt abſurdum, quod ſi vero fundamentales Imp. leges violet, tyrannum agat, fidem frangat, & ſimilia alia contra tranquillitatem publicam moliri conetur, degradari poteſt, non tamen ut Imperator ſeu publica perſona, ſed ut privata, Princeps enim terminos jurisdictionis excedens, pro privato habetur *l. fin. ff. de Jurisd. l. prohibitum* 5. *C. de jure fiſci.*

Ad 2. princip. arg. reſp. itidem negando conſeq. non enim valet reciprocatio poſita Majeſtate ponuntur jura illius. E. etiam poſitis juribus Maieſtatis ſtatim ponitur Maieſtas, Quod autem Maieſtas non poſſit eſſe penes

ſta-

ſtatus Imperii, duabus rationibus probari poteſt, quia Majeſtas eſt propria Imperatoris juxta *Bodin. lib.* 1. *de rep. c.* 10. *num.* 149. Proprium autem communicari non poteſt. 2. Quia Maieſtas à ſuperiore non dependet, ſed ſtatus Imp. ab Imperatore dependent, ſicut patet expetitione inveſtituræ. Nec obſtat, quod Carolus V. Imperator qui veram habuit Maieſtatem fuerit Regis Galliarum Vaſallus à quo Flandriam Artesiam & Henningovv accepit, Carolus qui V. fuit vaſallus ſed non ut Imperatoria maieſtas, nec abſurdum eſt reſpectu diverſarum qualitatum ſeu nationum diverſas repræſentare perſonas, quod patet ex mandato illo Cæſareo: Wir Carlen der Fünffte endtbieten dir Carlen. Deinde non omnis vaſallus eſt inferior ſuo Domino, quia non præſtat iuramentum ſubiectionis ſed fidelitatis, quod nullam arguit ſubiectionem & qualitas vaſallatica ex non ſubdito ſubditum non efficit, *Bidenb. q. nobl.*

2. *num.* 13. Gail. *de pignorat. c.* 15. *n.* 13. *Marta. de Iuriſdict. pag.* 4. *c.* 133. *VVeſenb. conſili* 1. *n.* 57. *Baurmeiſt. de Iuriſdict. c.* 8. *n.*42. Stante itaque hac diverſitate apparet nullam inconvenientiam eſſe ut Cæſar Galliarum Regis vaſallus ſit, *Herm. Vultej. l.* 1 *feud c.* 4 *n.* 4. *Hotom. illuſtr. q.* 35. *Buxtorf. in A. B.* 77. *lit. B.*

II. Perpetua appellatur non quod perpetuum ſit ſubjectum ſed quod tamdiu gubernacula teneat, quamdiu vivit, *Vultej. Iurispr. Rom. l.* 1. *c.* 12. *p.* 62. Hinc Vicarii licet vacante Imperio Imperatorem repræſentent, non tamen habent maieſtatem quia non gerunt perpetuũ Imperium.

III. Dicitur legibus Civilibus ſoluta, tam naturales enim quam fundamentales ſervare tenetur. Quid ſit lex naturalis, cuivis obvium eſt, ex natura enim proficiſcitur. Fundamentalis a. eſt adamantinum vinculum, quo Romani Imperii ſtatus uniuntur, & à diſſolutione conſervantur, ideo nec mutari nec minui poteſt niſi ad utilitatem Reipublicæ &

qui-

quidem cum conſenſu EE. Sunt autem fundamentales leges Pragmatica ſanctio, Receſſus Imperii, & ſi quæ aliæ ſunt aliæ capitulationes, inter quas A.B. Caroli IV. principatum obtinet, cujus originale in noſtra Francofurtenſi curia cuſtoditur.

Quod a. ſit ſolutus legibus civilibus patet ex *l. ſancimus 34. §. exceptis C. de donat.* item ex *l. qui in provincia 57. de ritu nuptiarum*, item ex *l. adoptio 38, ff. de adopt.* item ex *l. donationes quas Divus C. de donat. int. vir. & uxorem.*

Eſt a. illis ſolutus quoad vim coactivam, eſt enim immunis ab omni officio civili & coercitione, utpote qui eſt ſupra omnia jura civilia & fons perennis à quo omnis jurisdictio deſcendit, *Math. Steph. de Iurisd.* 1.*c.*1.*n.*83. *utitur enim* plenitudine poteſtatis ex qua omnibus & ſingulis Imperio Romano ſubjectis imperat R. A. zu Wormbs *de an.* 1521 *ſub tit.* Ordnung deß Landfriedens pr. ibi entbieten allen vnd jeglichen.

Non quoad directivam, eſt enim primus juſtitiæ actus legibus ſe ultro ſubjicere & nihil tam proprium eſt principis

quam ſecundum leges vivere *l. 3. C. de teſtament.* unde illud Antonini & Severi: Soluti ſumus legibus & tamen legibus vivimus, ſiquidem digna vox eſt Maieſtate Regnantis ſe legibus alligatum profiteri principem *l. 4. C. de LL.* quo alludit illud *Gunth. l. 8.* in Ligur.

Nam nihil ut verum fatear magis eſſe decorum,
Aut regale puto, quam legis jure ſolutum,
Sponte tamen legi ſeſe ſupponere Regem.

Exemplum à Trajano capimus qui legibus parere nõ erubuit: Sed dicis. Omnes leges ex recta ratione proficiſcuntur. E. Imperator, ſi prudentis titulum ſibi vendicare cupit, ex inſtinctu rectæ rationis etiam quoad vim coactivam parere tenetur, ſed verum eſt prius E. & poſterius. Ad quod Rx. legem non tam ex ratione quam ſanctione Imperatoris proficiſci. *l. 1. ff. de LL.* Concludimus itaque Imperatorem legibus civilibus ſolutum, quoad vim coactivam ſed non directivam. Quæ concluſio item

item in Imperatrice locum habet, privilegiis enim & immunitatibus Imperatoris gaudet *per l. fiſcus §. fin. ff. de jure fiſci*, hinc vocatur glorioſa, ſic Theodora à Juſtiniano appellatur *reverendiſſima Nov. 8. c.* 1. ſerenisſima *l. ult. C. de quadr. præſcript.* & venerabilis *§ fin. Inſt. de uſucap.* a qua prudentisſimus Imperator totus dependebat, in tantum etiam ut eum illa de rebus graviſſimis deliberaret, & ſine ejus conſilio nihil ageret.

Sed revertor ad Imperatorem de quo quæritur:

I. *An contractibus ſtare teneatur.*

Reſp. quod ſic.

COnventiones enim & pacta ſunt juris naturalis *l. 1. in pr. de pact.* cui ſubjicitur juxta *Bald. in l. princeps 31. D. de legibus.* His itaque obſtringitur, in tantum etiam ut ſubtiliores diſputationes de contractu inito excitare prohibeatur, *Gail. 2. obſ. 55. n. 4.* hoc enim potius ad anxiam cauſſidicorum diligentiam, quam Principis gravitatem & magnanimitatem pertinet. Hinc omnis contractus cum illis ini-

tus præſumitur eſſe bonæ fidei, *Cach. conſ. 26. n. 3.* quamobrem Elector Saxon. Mauritius Carolo V. ſubtiles interpretatiunculas contra magnanimi illius Philippi Senioris Dn. Landgravii diu ſperatam libertatem nectenti, his verbis exprobravit: Ego te tanquam Imperatorem non tanquã Legiſtam pactiones interpretari volo.

II. An fidem hæretico datam ſervare teneatur? Aff.

CVm Princeps ſive ut Princeps, ſive ut privatus conſideretur, non ſit ſupra jus naturale, ad quod pertinẽt contractus, ſicut ſupra demonſtravimus, & fides ſit juſtitiæ fundamentum, certo certius eſt Imperatorẽ, non minus ſubjacere legibus cõtractuum, quam privatum, adeoq; etiã cõventionibus obligatur, & fidem datam hæretico, utpote in quo fides eſſe nõ deſinit, ſervare tenetur, ne à Principe in Tyrãnum, à religioſo in periurum, & à juſtitiario in legis divinæ violatorem degeneret. Dico in quo fides eſſe non deſinit, nã etiam ſceleratiſſimus juris naturalis uſu privari non poteſt, *Fachin. l. 9, contr. c. 59.* Hoc

natura præcipit & lex divina iubet, cuius Author Deus T.O.M. fidem populo datam ſervavit, *Ezech.c.16. verſ.60.* Principes itaque Deum, cuius ſunt vicarii in terris imitari & pœnam periurii altius pōderare debent. Sed Vladislaus rupti fœderis pœnam dedit graviſſimam, hic enim cum pacta quæ iniit cum Amurathe, violaret, illumque reſumptis viribus invaderet, Amurathes inter Saxum & malleum conſtitutus, & ad ſummas anguſtias redactus ſic exclamavit: JESU CHRISTE en hæc ſunt fœdera, quæ Chriſtiani tui per nomen tuum iurantes mecum percuſſerunt, ſuoque periurio ſe Deum ſuum abnegarunt, quare ſi Deus es, ut ipſi aiunt, hanc mihi & ſancto tuo nomini illatam iniuriam ulciſcere. Hac invocatione Deus commotus, mutata fortuna Vladislaum cū ſuis proceribꝰ miſerè profligavit & Amurathem voti ſui compotem reddidit. Hinc Ariſtoteles Alexandrū ſæpius admonuit, ne fidem frangeret, niſi calamitoſum rerū ſuarum exitum ſperare vellet, nihil n. magis congruum eſt humanæ fidei, quam q̄ſ

ſemel placuit, ratum habere *l.* 1. *in pr. D. de pact.* & contractus ſervare eſt primus Juſtitiæ actus *l.* 1. *in pr. ff. de conſtit. pec.* Cadit igitur illud Machiavelliſticum, cui ſubſcribunt Pontificij, qui perfidiæ velamentum obducere contendunt, & principem hæretico fidem datam frangere poſſe ſtatuunt, cum tamen ſi hoc de jure licitorum eſſet, nec contrahens cum eo obligaretur, juxt. Illud vulgatum: Frangenti fidem fides frangatur eidem, L. *cum proponas C. de tranſact.* Quod tamen ab omni honeſtate exulat. Ex his itaque falſitas Pontificij decreti luculenter apparet, quod juri divino & naturali derogat, quam derogandi poteſtatem injuſto titulo ſibi Papa vendicat, per jus Canon. *text in c. ſuper eo. 4. ubi Panor. n. 2 primo notabili ve. ſ.* ſed contra *hoc facit ex. d. uſur.*

III. *Q. An de plenitudine poteſtatis poſſit ſubditis ſuis dominium auferre.* *Reſp. quod non.*

DOminia enim ſunt juris gentium *l.* 5. *de I. & I.* & nemo debet cum damno

alterius locupletari *l.* 14. *de condict. indeb.* tum de naturali, cujus præcipuum eſt ſuum cuique tribuere *l.* 10 *ff. de I. & I.* quam divino jure, *Ezech.* 46. *v.* 20. cui Imperator parere tenetur. Probet hoc exemplum Achabi graviter ob vineam Nabotho ereptam puniti, 3. *Reg* 21. *v.* 2. *& ſeqq.* niſi publica poſtulet neceſſitas, quæ privatæ præferri debet, *l. unic.* §. 14. *C. de caduc. toll.* & aliquando ab honeſto recedere jubet, multaque eo caſu permittuntur, quæ tamen honeſta non ſunt, *l. ita vulneratus verſ. mult. ff. ad leg. Aquil. l. Barbarius* 3. *de offic. prætor.* Melius enim eſt privatum quam totam rempubl. peſſundari. Æne. Sylv. de ort. & authorit. Imp. Rom. c. 17. per tot.

IV. An ſui anteceſſoris ſtatuta approbare teneatur?

HÆc quæſtio in utramque partem acriter ventilari poſſet, ſed nos qui brevitati ſtudemus, reſp. diſtinguendo inter obligationes proprium & publicum commodum concernentes, quâ diſtinctione

one prælibata Imperatorem ad anteceſſoris ſui ſtatuta quatenus officio ſuo & Reipubl. commodo correſpondent, ſervanda obſtringi ſtatuimus. Si enim hæc ab anteceſſore approbata violaret, eligeret viam per quam ejus quoque acta everterentur *l. t. quod quisque jur in al. c. juſtitia 25. quæſt. 1.* Hìc tamen obſervetur, quod Imperator ſi feudum nondum apertum promiſerit, vel de feudo nondum aperto aliquem inveſtierit, ſucceſſor illius hanc promiſſionem ratam habere non teneatur, *Roſenthal. concluſ. 17. num. 4. Vultej. 1. feud. 10. num. 16.*

Hic Q. ubi Aurea Bulla ſit lata. Reſp. Norinbergæ à Carolo IV. per text. expreſs. in procem & tit. 12. A. B. *Thuan. 2. hiſtor. pag.* 100. Errant itaque qui Metis illam promulgatam eſſe putant, quem errorem ipſe Sigiſmundus Caroli Filius in ſua A. B. quæ extat apud *Goldaſt. tom. 1. pag.* 101 *concepit* 150. ille autem error repullulat ex fin. tit. 29. in pr. ubi dicitur: Leges ſubjectas in Curia Metenſi per Carolum IV. promulgatas eſſe, quod à quibuſdam in alie-

lienum ſenſum torquetur & pro tota Bulla ſumitur, ſed admodum inepte.

CAPUT. III.

HAbet autem duplicia Majeſtatis jura: Communicata, quæ videlicet aliis etiam ſtatibus Imperij communicantur, vel incommunicabilia, quæ vulgò reſervata Imperatoria appellantur qualia ſunt:

1. Jus condendi leges univerſales.
2. Jus bellum indicendi.
3. Jus in Magiſtratibus creandis poſitum.
4. Jus dignitatis conferendi, utpote Reges, Duces, Marchiones, Lādgravios, Comites & Barones creandi, Nobiles, Comites Palatinos, Doctores, Licentiatos, Magiſtros, Tabelliones & Poetas efficiendi, Univerſitates erigendi judiciū, Prætorium conſtituendi, veniam ætatis dandi, ad famam & honores reſtituendi.

5. Jus

5. Jus in extrema provocatione poſitum.
6. Jus valorem & Imaginem nummi conſtituendi.
7. Jus nova vectigalia inſtituendi & inſtituta augendi.
8. Jus collectas indicendi.
9. Jus cognoſcendi de feudis immediatè Imperio ſubjectis.
10. Jus dandi nundinas.
11. Jus dandi civitates.
12. Jus viæ publicæ, & curſus publicos inſtituendi.
13. Jus abſolvendi aliquem à juramento ad effectum agendi.
14. Jus ferias generales conſtituendi.
15. Jus indicendi Comitia.

De communicatis longum dicendi campum inſtituere minime neceſſarium puto, poſſunt enim omnia quotquot ſunt, ex principum & Statuum Imperij privilegiis colligi, quibus Imp. Maj. quædam cumulativè non privativè, ut putant aliqui, conceſſit.

His itaque emiſſis progredimur ad reſervata, quæ conſtituta ſunt in ſignum præeminen-

minentiæ *l. legatus* 20. *ff. de offic. præſ.* & tam arctè oſſibus Imperatoris inhærent, ut nec à ſceptro nec à Corona Cæſarea ullo modo divelli poſſint.

Quorum I. eſt jus leges univerſales condendi, *l. ult. §. 1. C. de LL. l. 1. de Conſtit. princip t. t. C. de vet. jur. enut. l. ſi quando C. de inoffic. teſtam.*

Dico notantèr leges UNIVERSALES, particulares enim condere cuivis Magiſtratui permiſſum eſt, quæ in ſuis provinciis tantum valent, quantum univerſales in toto Romano Imperio, *Kulchen de jur. territor. c. 1. nu. 366. & ſeqq. Peregrinus de jur. fiſc. l. 1. t. 2. n.* 81. Hoc autem jus Imperatoris eſt aliquo modo reſtrictum, ita ut ſine EE. conſenſu talem poteſtatem non habeat, ſicut patet ex R. J. de an. 1512.

Hîc Q. An Papa tale jus habeat.

RESp. quod ille quidem Conſtitutiones emittat, quibus nos etiam in Imperio Rom. utimur, verùm non ut Pontificiis, ſed tanquam noſtris & juri Romano

accom-

accommodatis, quatenus videlicet nec bonis moribus nec juri divino vel naturali nec rectæ rationi repugnant, non enim omnia quæ in jure Can. traduntur, idololatriam & ſuperſtitionem redolent. verum & multa utilia in eo proponuntur, quæ ſine Reip. Rom. detrimento exterminari nequeunt.

Sed dicis B Lutherus totum jus Canonicum flammis in publico concremari juſſit, unde colligi poteſt, nihil rectum & ſanæ rationi congruum in illo reperiri. Hic diverſi diverſa ſtatuunt, multi ſunt qui illud facti & non juris eſſe reſpondent, verum enim verò hoc factum nullam meretur reprehenſionem, nec ſententiæ noſtræ ullo modo refragatur, nam Lutherus non omnia capita ſed ea duntaxat quæ ad Antichriſti ſtabiliendam tyrannidem erant conſcripta, Vulcano conſecrare & conſecrata abolere voluit, de quibus conſule, ſi placet, *Hunnium in tr. de interpret. & authorit jur. c. 9.* Hactenus de primo.

II. Jus bellum indicendi, *c. quid culpatur,*

23.q.1. quod ex l. Romuli 12. ſpectabat ad populum, ſine cujus conſenſu bellum gerere capitale erat, *Plato l.* 12. *de leg.* hoc à populo in Imperatorem tranſiit *l.* 1. *de conſtit. princ. l.* 2. *§ noviſſimè D. de origine Juris.* Hinc læſæ Majeſtatis crimen incidunt, qui bellum in Imperio ſine licentia Cæſaris movent, *l.* 3. *qui injuſſu principis bellum* geſſerit *ad L. Iul. Majeſt.* quod etiam confirmatur ex *Receſſ. Aug. de ann.* 1555. §. Wo ſich aber. Bellum itaque etiamſi cum utilitate & incremento Imperij Rom. fuerit ſuſceptum, tamen pro ſpurio habetur & nullitatis argui poteſt, *l. deſertorem* 3. *§. qui in bello de re militari.* Cum autem duo ſint tempora belli & pacis, & etiam jus pacem ineundi inter reſervata imperatoria numeratur, apud illum enim juxta naturam contrariorum jus ineundi pacem conſiſtit, penes quem jus bellum indicendi reſidet.

Huc refertur jus repreſſalias concedēdi, *Weſ. conſ.* 46. *n.* 7. Sixtin. *l.* 1. *de regal. c.* 1. *nu.* 2 *&* 13. & jus pangendi fœdera.

Fœdus autem eſt pactio publica inter perſo-

perſonas illuſtriores populos vel civitates de multis auxiliis præſtandis amicitia ac pace ineunda vel conſervanda aut alia commoditate communicanda ſolenniter conventa, quod etiam inter regalia refertur. *ſixt. de regal.* l.2.c.1.n 29.

Eſt autem vel par vel impar *l. non dubito de capt. & Poſtlim.* Fœdus par eſt, quando fœderati ſunt æqualis conditionis & dignitatis. Impar. quando contra. in omni autem fœdere duo ſub conſiderationem trahi debent, utpote Conſtitutio & diſſolutio.

In Conſtitutione occurrunt cauſæ quales ſunt Finis, Forma & Perſonę.

Finis eſt defenſio, quæ eſt licita de jure divino *Levit.* 19.*v* 18. Jure naturali, *l* 1.§. *cum arietes ſi quadr. paup. fec. d cat.* Jure gentium, *l.* 45.§. *qui cum aliter ad l. Aquil.* Civili, d.l.& Jure Canonico *c.*2..*x.de homicid.* Verſatur autem defenſio vel circa perſonas vel circa res *l* 5 *in pr. ad L. Aquil.*

Res autem ſunt I. vel propriæ vel alienæ circa quas poſteriores oritur controverſia:

An

An quis illas in extremo periculo conſtitutas, ſi defendere poſſit, defendere teneatur. Negat *Bart.* ſed nos cum *Baldo* ejuſque aſſeclis affirmativam ſequimur, quam juvat *l. 3. de J. & J.* item L. ſi *ſervus 2. & L. in omnibus 3 ff. de noxal. action.*

Movemur autem I. Lege civili *l. culpa caret. 50. D. de R. J.* ubi dicitur, culpa carere eum, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. E. à contrario ſenſu, qui prohibere poteſt & non prohibet culpæ reus eſt, juxt. L. *ſancimus 22. C. de pœn.*

2. Jure divino, quod præcipit ut proximo in quibuscunque adverſitatibus ſubſidium præſtemus *Levit. c. 19. v. 18.* *Matth.* 22. 39 *Marc.* 12. 33 & *Luc.* 20. *v.* 27.

3. Jure Canonico per *c. ſicut dignum x. de homic. volunt. vel caſual.* quæ fundamenta ſatis corroborata tamdiu firma ſtabunt, donec per contrariam & ſatis fundatam opinionem ſubvertantur.

II. Vel

II. Vel profanæ vel ſacræ. Ex qua diſtinctione alia & quidem ſpinoſa repullulat quæſtio;

AN ſtatus Imperij in cauſa religionis contra Imperatorem fœdera defenſivæ inire poſſint? Affirm. prima fronte arridet. Nam Imperator homines ad religionem cogens excedit terminos jurisdictionis, quod patet auß den R. A. zu Augſp. *de ann.* 1555. §. Solches alles & R. I. *de ann.* 1524. alß auch *bi*: Daß wir vns verſehen die Stände deß heiligen Reichs alß Schützer vnd Schirmer des Glaubens/ quibus ſuffragatur jus Canonicum in text. *c. Iudæis diſtinct.* 4. ubi dicitur, quod nullus ſit ad fidem cogendus, quod etiam ex Theologis præter alios approbat, *D. Thomas in* 22. *quæſt.* 34. *artic.* 4. qui in cauſa religionis Magiſtratui ſalva conſcientiâ, reſiſtere ſubditos poſſe antumat.

Sed jurisdictionis terminos excedens non pro Imperatore aut publica perſona habe-

abetur ſed in privatam degenerat *leg. nec Magiſtratus 32. de injur.* qua propter contra lum hoc in caſu Status Imperij fœdera i-ire poſſunt.

Ita concludunt *Mot. Piſtor. conſ. 43. nu. 9. & conſ. 19 vol. 1. Schurff. conſ. 23. Ob-cht. p. 2. diſp. feud. 12. th. 282. Warem. ab hrenberg. alias Durus de Paſcolo in medi-m pro fœdere c. 2. fol. 268. Author* deß ündlichen Berichts von der H. Reichs Statt Friedberg regalien, & plures alij.

Ex qua concluſione apparet, fœdus hmalkaldicum, quod inter pleroſque nperij Status fuit contractum, pium atq; hriſtianum fuiſſe; hoc enim pacis publi- & religionis defendendæ gratiâ fuit ſceptum de his vide *Ant. Col. de jur. Imp. erm. th. 74. & Hortled. diſput. 4. in Co-l.*

Forma variat, de qua prolixius Schœn-rn. l. 4. pol. c. 35.

Perſonæ quæ contrahere poſſunt, de-nt conſiderari vel ratione dignitatis vel igionis.

Qui

Qui ratione dignitatis conſiderantur, contrahunt vel jure proprio, ut ſolus Imperator, vel alieno, ut Reges, Principes, ſive ſint ſtatus Imperij ſive non, etiam liberæ Imperiales civitates, quæ jure ſuperioritatis fruuntur. *Alex. conſ. 31. vol. 1.* Et tantum poſſunt in ſuo territorio, quantum Imperator in Imperio Romano. Dubitatur quidem de ligis civitatum num licitæ ſint. Negativa videtur ſuaderi ex *l. 1. ff. de colleg. & corporib.* & *A. B. tit.* 15.

Sed his non obſtantibus contrarium aſſerimus per *R. J. de ann.* 1544. §. Demnach R. A. zu Augſpurg *d. ann.* 1566. §. Der Hans vnd Seeſtätt. modò fiant ad neceſſariam defenſionem & mutuum commerciorum uſum. Quod fœdus Originem ſumſit paulò ante tempora Friderici II. Ann. Chriſti 1200. Civitates autem quæ contrahunt. Hanſaticæ vocantur, ab antiquo HANSI, quod aliquid præcipui ſignificabat, ita denominatæ, unde illud tritum natum: Wie iſt das ein groſſer Hanſe. Quarum civitatum hodie 60. enumerantur ab *Hagen in ſua jurisprudent. publ. l. 1. c. 4.*

Qui

Qui conſiderantur reſp. religionis, alij ſunt fideles alij infideles, alij Chriſtiani, alij Turci cujus diſtinctionis occaſione:

Q. I. An diverſæ religionis principes poſſint inire fœdera juſta & licita?

In hac quæſtione diverſis reperimus opiniones, alij negant, alij affirmant. Prioris ſentẽtiæ patroni hoc nituntur fundamẽto: 1. Quia in confœderatis unus debet eſſe ſpiritus, teſt. *Menoch.* Sed ubi diverſitas religionis, ibi non poteſt eſſe unus ſpiritus. E.

2. Deſumunt ex *Ex*; 22. *in fin.* ubi prohibentur fideles cum infidelibus unum corpus conſtituere. Sic enim Virtus cum flagitio & pietas cum ſuperſtitione commiſceretur, & fideles facilè ob imbecillitatem vitæ humanæ conſpurcari poſſent. Quod præceptum cum Franciſcus I. Galliarum Rex tranſgrederetur, fœdere cum Chriſtianorum hoſte contracto, ad deſperationem penè redactus in extremo mortis articulo ita exclamavit: Perii, heu perij! quod volui fœderatus eſſe illi, qui hoſtis eſt Chriſtiani nominis.

Alij Affirmativam ſequuntur 1. quia ipſe

Apoſtolus Paulus imploravit auxilium Centurionis *actor.23.2.* quia ipſe Imperator Juſtinianus pacem cum Rege Perſarũ iniit *l.2.C.de offic.præfect.prætor.* Quibus & ego calculum adjicio. Poſſunt itaque fideles ſalvâ conſcientiâ cum infidelibus in tẽporalibus fœdus contrahere, ſed tum demum, cum bonũ publicum exigit & extremum neceſſitatis telum jubet. Ex qua diſtinctione priores ſententiæ fulcra facilè everti poſſunt.

2. Q. An Chriſtiani ad ſui defenſionẽ ab infidelibus auxilium contra alios Chriſtianos implorare poſſint. Aff. firmatur per *L. in fundo 38.ff.de rei Vindic.ex l. cum pater 77.§.Titio 31.ff.de legat.*2.modò ſit juſtũ, & ob extremæ neceſſitatis caſum ſuſceptũ. Exemplo ſunt Achaz Rex Hieruſalem, qui imploravit auxilium Regis Aſſyriorum. 2. *Reg.16.David.*1.*Reg.27.& Paulus Act.* 22. Et ut antiquiora omittamus, Produco: Beatum Gregorium, qui cum Longobardis, & Leonem primum, qui cum Attila Rege Hunnorum efflagitante neceſſitate fœdus pepigerunt. *Marq. de Suſannis in*

r. de Judæis p. 1. c. 6. Hæc de Conſtitutione. Sequitur diſſolutio quæ contingit vt ob elapſum tempus vel ob pecuniæ defe-ctum, vel aliam incidentem cauſam. Et hæc quæ occaſione ſecundi requiſiti tra-ctare volui, extremo tantum digitulo atti-giſſe ſufficiat.

III. *Jus in Magiſtratibus crean-dis poſitum.*

HOc etiam eſt de reſervatis Imperato-ris, à quo tanquam fonte omnes di-gnitatum rivuli promanant, *Novell. 53. l. ſacrilegij C. de diverſ. reſcript. l. 1 in pr. ff ad l. Jul. ambit. l. 57. in fin. de re jud. Sixtin. de regal l. 1. c. 4. n. 3. Roſenth. de feud. c. 4. nu.* 12. *Mich. de juriſd. Imp. lib. 1. lit. C.*

V. *Jus dignitates conferendi, ut-pote Reges, Principes, Marchiones, Duces, Comites & Barones creandi: quod jus in dependenter habet.*

DIco indepedēter, in ſignū præeminē-tiæ. Alij enim Principes, utpote Archi-

 duces

duces Auſtriæ, Dux Sabaudiæ & alij plures in Italia licet jure Marchiones, Comites & Barones creandi gaudeant, dependenter tamen illud poſſident, quod ab Imperiali culmine proficiſcitur *lib* 1 *ff. de natal. reſtituend.* Hodie tamen nullo habito reſpectu Imperatoriæ Majeſtatis hoc jus plurimi extranei Reges de facto ſibi tribuunt.

Huc refertur poteſtas degradandi, quæ ſimiliter juxta naturam contrariorum pertinet ad Imperatorem, qui tamen cum conſilio Statuum illud facere debet, in gravibus enim conſiliarios adhibere prudentis eſt *l. 8. C. de leg.* non a. tantum in ſeculares verum etiam in Eccleſiaſticos animadvertit, in quos ratione regalium jurisdictionem habet, his itaque illos privare poteſt R. I. zu Augſp. ann. 66. §. Dennoch haben wir.

Nobilitandi, *l. ſacrilegii* 5 *C. de diverſ. reſcript. l. unic C. de his qui à princip. vacat.* quod itidem h[illegible] Rex in ſuo regno, in[illegible]gnoſcens, utpote Rex Hiſpaniæ, Galliæ, Sveciæ &c.

Hic

Hic à quibuſdam diſquiritur: An Imperator poſſit indulgere ut novus homo quatuor avos nobiles non habens, ad ludos equeſtres admittatur. Quamvis hoc ſit contra legem ab Henrico Aucupe latam ref. Illuſtri Comite Reinhardo in Solmß in lib. Germ. von des Adelß Urſprung/ indubitanter tamen Reſp. affirmativè cum *Pruckm. in §. ſoluta poteſtas cap. 4. num 1. effect. 4. n. 12. & ſeq.* quia reipublicæ intereſt, ut plures in nobilium numerum ob generoſa facinora cooptentur, ſic enim præclara ingenia ad bene merendum magis magisque inflammantur.

Formulam ſi deſideras, qua Imperator in nobilitatis privilegio utitur, conſule *Dan. Otton. in Diſc. jur. publ. 2 c. 9. n. 3.*

Vocantur autem Nobiles noſtro idiomate Junckern i. e. Junge Herrn / apud Moſcos Gneſij, apud Ægyptios Mammaluci, apud Judæos Naizi, apud Indos Nairi, apud Conſtantinopolitanos proceres aulæ regiæ, apud Hiſpanos Hydalgi, apud Turcos Janizari, apud Anglos Walli, apud Saxones Schufft / quod derivatur ab

Hebræo Schuftim quod judicem ſignificat.

Efficitur autem quis Nobilis vel ob generoſa facinora & bellicos triumphos vel prudentiam civilem.

Prioris generis nobiles expreſsè ab Imperatore creantur vnnd werden zu einem Ritter geſchlagen / & plurima privilegia conſequuntur, quæ vel in reverentia vel honoribus deferendis vel pœnis temperandis conſiſtunt, de quibus *Nolden. de ſtat. nobil.*

Poſterioris, tacitè nobilitatem nanciſcuntur & hoc fit. I. Si Princeps aliquem lateri ſuo adhærere ſinit, *L. 1. C. de præpoſ. lab.*

2. Vel tanquam Conſiliarium aſſumit *leg. fœmina, 8. ff. de Senator* quales ſunt illi qui præſunt aulico Conſilio Cæſaris, hi enim ſunt pars Principis, *l. jus ſenatorum 8. de dignit.* & inhærent Imperatori tanquam Stellæ firmamento cœli, *l. cũ multa 7. C. de bon. quæ liber.* Hinc vocantur radij ſolares, qui Remp. Romanam ſuis conſiliis illuminãt, qua propter à Juſtiniano ſplendidiſſimis ornam-

ornantur titulis, ſic in *L. Divi.* 17. *ff. de jur. patron.* Vocantur Imperatoris parentes, & quæ ſunt alia horum encomia, quæ ſicco pede lubens prætereo, ne nimia prolixitas faſtidium pariat.

Vel 3. Si quis in Licentiatum vel Doctorem promovetur. Doctoratus enim eſt egregia & nobilis dignitas, *Tholoſ. l.* 4. *de Rep. c.* 10. *num.* 14. hinc non tantum *in l.* 2. § *fin. ff. de excuſ. tut.* & *L. diximus* 4. § 1. *ff. eodem.* nobiles verùm etiam *in l.* 1. §. *fin. ff. qui pet. tut.* Egregij ſalutantur, quod tamen non locum habet in rabulis forenſibus, qui ab Arumæo foriuntinnabula, viliſſima capita, forenſia pecora & togati Vultures indigitantur, ſed in illis qui juſtitiæ ſunt ſacerdotes, qui boni & æqui profitentur notitiam, bonos non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorum exhortatione efficere cupiunt, Philoſophiam verā non ſimulatā affectantes, ut loquitur *L.* 1. § 1. *de J.* & *J.*

Hic occaſionaliter quæritur: An Medici etiā inter nobiles reponi poſſint? Affirmativā ſequimur propter nobiliſſimum objectum, quod eſt ars Medicinalis, quæ ſi-

gientem è carcere corporali animum aliquantulum remoratur, & potentiſſimis imò ipſis Imperatoribus juxt. Plin. imperat, quod illud Homericum alludit: Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων i. e. Unus homo medicus multis æquandus honore eſt. Hinc in *l. medicos C. de profeſſ. & medic.* ab omnibus oneribus tam Civilibus quam publicis immunitatem Imperator Conſtantinus illis conceſſit, ad exemplum Julij Cæſaris, qui illos jure civitatis decoravit, *teſt. Sueton. in Jul. Cæſar. c. 42.*

Sunt itaque 1. ab onere ſuſcipiendi hoſpites *l. fin. 2. fin. ff. de mun. & honor. Hartm. tit. 52. obſerv. 7. n. 2. Fr. Vivius deciſ. 162. n. 11. l. 1. 2. Milites, Roſenth. de feud. c. 5. concl. 72. n. 2. lib. 6.* 3. Conſulatum in civitatibus. 4. ab onere bellorum, *Natta conſ. 66. n. 17. tom. 1.* 5. *Tutelæ, Schneidw. ad §. item Romæ n. 6. Inſtit. de excuſ. tut. Gylm deciſ. 46. num. 6. p. 2.* 6. Vectigalium exempti, *Ioh. Baptiſta Coſta de fact. ſcient. & ignor. Inſpect. 98. n. 7.* quæ omnia non exiguam ſapiunt nobilitatem, nec refragantur *lib. 1. cap. de Excuſ. artif.*

artiſ. ubi inter Mechanicos numerantur, nec *l. placet 17. cum ſeq. C. de epiſc. & Clericis* ubi parabolani appellantur, nec *l. 3. in pr. C. comm. de leg. Lex enim* 1 loquitur de ſtu-lo-medicis ſeu mediacaſtris, *Gothofr. in not. ad præd. L. l. h.* altera nullam medicis inurit maculam, parabolani enim dicti ſunt à temeritate & periculo cui ſe ſubjecerunt, cum ægros curarent, alij hoc vocabulum à παρὰ & βάλανος derivant, quod ſignificat glandem, ideo quòd medici ſæpiſſime in ſua cura ſuppoſitoriis utuntur, quæ ob ſimilitudinem glandis βάλανοι vocabãtur *Speckh. in cent. 1. q. 93.* ad tertiã v. reſp. quod vilis illa Medico ũ æſtimatio fuerit vitium temporis non arti. *Forn. 2. ſelect. 8.* nec obſtat *l. 1. §. 5. ff. d. comm. ſerv. manum.* ubi Medicinam exercere ſervis permittitur, quod nos uſui medicinæ per neceſſario aſcribimus, manet itaque firma noſtra affirmativa, quæ Medicos quoad immunitates Doctoribus legum æquiparari docet *per l. medicos C. de profeſſ. & medic.* ob intercedentem cognationem, in quam

non minus ſcitè quàm eleganter ita ludit Owenus:

Juriſconſultorum idem Status & medicorum,
Damna quibus licito ſunt aliena lucro.
Hi morbis ægrorum, agrorum litibus illi,
Dant patienter opem dum potiuntur opum.

Tam Medici igitur quàm Juriſconſulti cum nobilibus expreſsè nobilitatis, iisdē gaudent privilegiis, *Matth. Steph. de jurisd. l. 2 p. 1. c. 7.* portant etiam Imperatoris permiſſu Wapen mit einem offenen Helm/atteſtante experientia quotidiana vide *R. I. de ann.* 1577. *tit.* 11. §. 1. *item de ann.* 1530. *item R. I. de ann.* 1500. §. von Vberflüſſigkeit der Kleider.

Hîc Q. 1. An illi qui ſine ſolenni promotione rigoroſum examen exantlarunt, doctoralibus gaudeant privilegiis, Neg. cum multi reperiantur, qui ſtatim poſt inauguralem diſputationem & rigoroſum examen ad rapinam tituli indebiti accedant, & *LICENTIATI*, neſcio quâ ambiti-
one

one inflati in triviis ab ambubaiis & id genus plebeiis inter Licētiatum & Candidatum diſtinguere neſcientibus ſalutari velint, Licentiati nomen ubique crepent, omnibus literis, actis productis, ſyngraphis prædictum titulum illinant, annulisque ſignatoriis inſculpant, ac ſi in publico brabeuterio corona ornati fuiſſent, qualem impudentiam his paucis perſtringere volui. Sciant autem illi ad conſequendum Licentiati titulum non ſufficere diſputationem inauguralem celebrâſſe, ſed requiritur ſolennis promotionis actus, in quo omnia illa ſolennia, quæ in promotione Doctoris, excepto pileo, adhibentur, in quo caſu tamen conſuetudines Academiarum inſpiciēdas puto, quapropter ſi ita ſit de conſuetudine Academiæ, illi nec privilegiis Doctoralibus frui, nec ulla onerum immunitate gaudere poſſunt, *juxt. Bald. in l. athleta* 8. *ff. de excuſ. tut. per text. in L.* 1. *in verb. Coronati. C. de athletis l.* 10 *Et in authe. habit. coll.* 4. *C. ne fil. pro patr.* His cōſideratis, illi Canditati injuſti tituli uſurpationem omittant, ſesquipedales Spiritus helleboro expellant & perpendant Romanorum

athletarum ſortem, qui niſi in olympiacis & publicis certaminibus, coronis ornati, nec athletarum titulos ſibi vendicare, nec ulla onerum immunitate frui poterant, de his *Limn. l. 8. in jure publ. c. 8. num. 41. in fin. & Dn. Georgius Ritt. in tract. de homag. c. 5. n. 96.* ſed ad aliam quæſtionem.

An Bullati à Comite Palatino creati privilegiis Doctoralibus frui poſſint. *Arumæus* affirmat. ſtatuit, ſed nos negamus cum *Coler. de proceſſ. executiv. pag. 2. cap. 3. num.* 123. propter ſubſequentes rationes:

Quia in illis deficit materia nobilitatis, videlicet ſcientia, quæ in vero Doctore requiritur, qua de cauſa dicuntur Doctores neceſſitatis ſine lege, ſine literis, legum dolores, ſilentarij atque Secretarij, in quos illud *Ventur de Valent. in l. 1 c. 11. nu. 7. Parthen. litigios. optimè quadrat.*

In Inſtitutis comparo vos cum brutis.
In digeſtis nihil poteſtis.
In Codi è ſcitis modi è.
In Novellis comparamini aſellis.

Jn deß Reichs Abſchied / ſeyd jhr nicht kommen weit.

Et tamen creamini Doctores ô tempora! ô mores!

Comparantur in Gallia Candidatis, qui non in ſcientia ſed marſupio examinantur, *Damhond. tr. de patroc. pupill. c. 2. n.* 17. ſed indoctus non debet frui privilegiis Doctorum & nobilium, *Theoloſ. l.* 18 *de republ.* cui ſubſcribunt *Rutg. Ruland. de commiſſ. l.* 1. *c.* 14. *n.* 8. *Otto Meland. in Comm. ad proceſſ. Camer. Beſold. de jur. Academ. c.* 4. *n.* 5. *Dn. Lanſius in Comment. de Acad. lit. n. pag.* 91. *circa finem & ſeq.*

Hinc in numerum Aſſeſſorum non cooptantur, per *ord. Cam. p* 1. *tit.* 3 §. in Vniverſitatem. Loquimur autem hic non de omnibus ſed indoctis tantum, quod ſi enim Bullatus in præſentia quatuor aut quinque Doctorum à Comite Palatino creetur, illisque ſuam eruditionem abunde probarit, admittitur non minus quam in Academiis promotus. Hæc de Conſtitutione Nobilitatis, ſequitur illius corruptio.

Privantur autem ab Imperatore vel tacite vel expreſſe nobilitate.

Tacite, qui viles artes exercent, quales ſunt pictores, *l. ſi non, 26. §. libertus 12. ff. de condict. indeb.* qui picturam lucri gratia exercent, *l. archiatros 3. C. de med.* Coqui vel Laniones, *l. ſi quid 18. in fin. ff. de ædil. edict.* Piſtores, *l. quæſitum 12. §. Trebatius. ff. de fund. inſtr.* Fabri lignarii, aurarii & vitrarii, *Accurſ. in Nov. 7. c. 3. §. 2.* Tabernarii, Popinarii, Caupones, nautæ, Stabularii, *l. nautæ ff. naut. caup. ſtabul.* Agitatores, *l. ſi qua C. de ſpectac. & ſcen.* Apothecarii, Hiſtriones, *l. ſi cohortalis 12. §. fin. C. de cohort. princip. l. 2. § ait prætor. 5. ff. de his qui not. infam.* Monetarii *l. ne quis 6. C. de dig.* Arenarii *l. 7. C. de inceſt. nupt.* Athletæ, Tonſores, & Balneatores, item Mercatores hi enim actum nobilitati contrarium exercent *l. nobiliores C. de commerc. & mercatur. l. milites C. de locat. & conduct.* ſive in propria perſona ſive per alium mercaturam exerceant, qui enim per alium mercimonia gerit, fœdo quæſtui inhiat, *Molin. de Iuſt. & Iur. d. ſp. 342. concl. 1.*

Ex-

Expreſsè, ut infames, quales ſunt, qui committunt crimen læſę Maieſtatis *l. quisquis 5. C. ad L. Iul. Maieſt.* vel perjurium *l. quoties C. de dignit.* vel furtum *l. 1. C. quando licet unicuique ſe vind.* ſed ne extra oleas vagemur, revertimur ad reſervata.

Jus Academiam erigendi, quod ſoli Imperatori competit. Hinc Academia dicitur Auditorium imperiale *l. unic. C. de ſtud. liberal. art. Rom.* Papa quidem de conſuetudine Romano-Catholicas Academias cõfirmat, ſed illa confirmatio nõ requiritur, tanquam eſſentiale, alias Pariſienſis Academia Caroli M. authoritate longe ante Pontificium canonem introducta privilegiis academicis gaudere non poſſet. Hoc jus etiam acquiritur præſcriptione immemoriali, *Pac. l. 2. de prob. c. 41. n. 48. & ſq.*

Veniam ætatis dandi *l. 1. & t. t. C. de his qui ven. ætat. impetr.* cujus effectus eſt rerum adminiſtrandarum gubernationem ſuſcipere, tantum enim poteſt regulariter venia ætatis impetrata, quantum ætas 25. annorum *l. fin. in pr. C. de ſponſal.*

in

in teſtamentis tamen, ultimis voluntatibus & ſimilibus negociis ſecus eſt, in quibus ætas naturalis legibus circumſcripta requiritur. Hinc licet quis veniam ætatis impetraverit, tutelam tamen eo nomine in fratres impuberes ſuſcipere nequit, *Accurſius* enim ad *t. Inſt. de fiduc. tut.* annos 25. completos naturaliter in tutore deſiderat niſi ſpeciali decreto illud impetraverit, Tutela enim ſpecialiter confirmari debet §. 1 *Inſtit. de Attil. tut. l. 3. de tut. & curat. dat. ab his.*

Ius famæ reſtituendæ, quod ſummæ etiam poteſtatis eſt, per *L. cum indulgent. 10. & t. t. C. de ſentent. paſſ.* Reſtituere autem eſt in priſtinum ſtatum recollocare quoad honorem & bona, quod nec judici *l. pœnam 15. C. de pœn l. quod juſſit. 14. de re judic. l. 1. C. ſent. reſc. non poſſe* nec populo competit, *l. 12. C. eod.* Si Carolus IV. Bartolum honoribus reſtituit, teſt. *Bodino de Rep. l. 1. c. 129.* quod practicavit etiam Ferdinandus in ruſticis ſeditioſis R. A. zu Augſpurg an. 1529. Hoc jus Carolus V. in editione ruſticorum an. 1526. cuivis Magiſtratui indulſit. Ad

Ad hoc etiam pertinet jus ſpurios legitimandi & legitimationem confirmandi, *Nov.* 89. *c.* 9. quod Imp. Maieſtas Comitibus Lateranis communicavit.

Jus conſtituendi Imp. prætorium, quod triplex:

1. Rotvvilenſe, à Conrado IV. inſtitutum, quod particularem obtinet jurisdictionem in certo diſtrictu per Francicum, Suecicum, Auſtriacum & Rheni circulos.

2. Aulicum deß Reichs Hoffrath.

3. Spirenſe, quod eſt ſummum Imperatoris per Germaniam tribunal à Maximiliano I. an. Chriſti, 1495. cum conſenſu EE. inſtitutum, hoc eſt ſupremum juſtitiæ domicilium, à quo non datur appellatio *per R. I. de an.* 1530. §. Dieweil nun. Sed tantum reviſorium judicium, ad quod illi, qui ſe gravatum putat, per modum ſupplicationis, convolare licet, *Geil. l.* 1. *obſ.* 154. & 155. formam procedendi, præſcribit *Ord. Camer. p.* 3. *t.* 53. §. 2. *ſub tit. de reviſ. actor.*

Hic quær. An reviſio prioris ſententiæ executionem ſuſpendat?

Poſt graves diſputationes dubium hoc expreſſe per *Deputat.* Abſchied *de ann.* 1600 §. als auch Streidt vorgefallen, dirimitur, alias nulli prodeſſet *D. Juſtus Reifenb. Nom. publ. ad præd. Receſſum Deputationis* §. 145. *l. A. Dn. Parens in ſua Diſp. inaug. concl.* 53. Hoc ſpirenſe iudicium etiam utitur ordinaria juriſdictione in qua Imperatorem repræſentat, unde ſub Imperatoris ſigillo cuius mandata publicantur.

Obſervetur hic 1. quod illud non concurrat cum Imperatore in criminali juriſdictione vel meroImperio, meri enim Imperii cōceſſio ſpecialis eſt *l.* 1. §. 1. *de off. ejus cui mand. eſt jurisd.*

2. Quod quidam Caſus ſint in quibus appellare non licet, quales ſunt: Criminales & matrimoniales, *Geil.* 1. *obſ.* 1. *n.* 27. niſi in cauſa nullitatis per *Ord. Camer. t.* 28 §. nach dem auch.

Fuit & aliud à Max. I an. Chr. 1501. inſtitutū q RegimeNTUM vocabatur, ſed à Car. V. labefactum in *Com. worm. an.* 1521.

V. Jus in extrema provocatione poſitū

quod

℘ Auguſtus jure Tribunitæ poteſtatis ſibi reſervavit, ut conſtat ex Dione *& Tac. l. 4. annal.* quod a. ab Imperatore non provocetur, hoc nos ſummæ illius poteſtati aſſcribimus, à cujus lege provocari non poteſt, *l. fin. §. 1. de appell. rec* Sic nec à Rege Galliæ atteſt. *Greg. in tr. de appell. l. 3. c. 7. n. 8* nec Hiſp. provocare licet, niſi ad Deum T.O.M. ℘ aliquando factũ à duobus nobilibus perduellionis reis, qui cũ à Ferd. IV. Hiſp. Rege cõdemnati conſtanter crimen negarent, nec pœnæ mitigationem multo minus abſolutioné impetrare poſſent, tandem ad divinum tribunal provocarunt, qua facta Ferd. poſtea trigeſimo die cum dormire crederetur, repentino obitu diſceſſit, referente Titio l. 3. de Reg. Hiſp. proinde ſicuti nec à Rege Hiſp. nec Galliæ nec aliis ſuperiorem non recognoſcentibus appellatio eſt prohibita, ſic nec ab Imp. provocare licet, qui neminem niſi Deum & enſem ſuperiorem recognoſcat.

Hic Q. An ab Imperatore ad Papam appellare liceat? N. Nam Imperator à Pontifice Imperium Romanũ non obtinet, ſicuti nugãtur quidam, ℘ enim quis non habuit, dare nõ potuit, *l. nemo plus jur. 47. ff.*

de R. I. Sed Imperium Papa non habuit, quod apparet ex Leonis querela ad Carolum M. Imperator itaque tam Imperium quam poteſtatem immediate à Deo obtinet. Hinc Juſtin. Deo ſuam poteſtatem aſſcribit *l.1.C. de vet. jur. enucl. Nov.6. in pr.* quod item Carolus V. *in R.A. de an.* 1548. confirmat: Haben wir auß auffgelegtem Ampt / darzu wir vom Allmächtigen GOtt beruffen. Hinc Philippus IV. Bonifacio reſcripſit hoc modo: Philippus Dei gratia Francorum Rex Bonifacio ſe gerenti pro ſummo Pontifice ſalutem modicam ſive nullam: Sciat tua maxima fatuitas, nos in temporalibus alicui non ſubeſſe &c. ſecus autem credentes fatuos & dementes reputamus, quapropter ab Imperatore ad Papam provocans tãquam Imp. Maieſtatis contemtor, in centum marcas puri auri condemnari debet, imò ſi in antiquitatem abeamus, reperimus Leonem IV. ob crimen læſæ Maieſtatis delatum, cauſam ſuam coram Ludovico II. egiſſe.

De hac prærogativa graviſſima inter Hadrianum IV. Pontificem & Imperatorem

em Fridericum I. Ænobarbum fuit con-
troverſia, cujus meminit Guntherus in
Ligur. lib. 6. nec deſunt hodierno ſeculo,
qui in favorem Pontificis prætenſam illi-
us prærogativam ita confirmare conan-
tur.

1. Deſumunt ex jure Canonico, ubi cautum eſt Papam nominare, denunciare & declarare Imperatorem.

2. Ex Bellarmino, qui ita loquitur: Imperator à Pontifice è throno dejici poteſt.

3. Ex annalibus in quibus Henricum IV. & Fridericum Barboroſſam ab Alexãdro Pontifice, item Fridericum II. ab Innocentio in Concil. Lugdun. an. 1243. depoſitum legimus.

Sed hæc argumenta partim teſtimoniū domeſticum ſapiunt, partim in nudo facto conſiſtunt, partim petitione principii laborant. Nec obſtat, quod fidelitatis juramentum Pontifici Imperator præſtare teneatur, quod fecit Carolus M. qui Leoni tali modo juravit: Ego Carolus Imp. in nomine Chriſti ſpondeo & profiteor co-

rara

ram Deo & B. Petro Apoſtolo, me protectorem fore hujus S S. Rom. Eccleſiæ in omnibus utilitatibus quatenus divino fultus fuero adjutorio.

Nam hoc 1. non arguit ſubjectionem, eſt enim iuramentum fidelitatis.

2. Non ſecularia ſed Eccleſiaſtica concernit. Sed inſtas: Carolus V. Imperator feudum habuit, à Pontifice videlicet regnum Neapolitanum E. etiam in ſecularibus Papæ ſubditus eſt. Ad quod Reſp. quod illud habuerit non ut Imperator, ſed ut certæ ejusdem ditionis fiduciarius, deindeinde qualitas Vaſallatica non efficit ſubditum, de quo ſupra clarius.

II. An à Cæſarea Maieſtate male informata ad melius informandam appellare liceat? Negat. videtur ſuaderi ex l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare non licet.

Quia 1. Omnis appellatio debet fieri gradatim ab inferiori ad ſuperiorem E.

2. Quia nec à Cameræ Judicibus tanquam male informatis ad melius informandas appellare licet. E. multo minus ab Imperatore.

Affir-

Affirmativam tamen Doctiores defendunt, ſicut n. Macheta à dormiente ad vigilantem provocavit, ita à Cæſare male informato ad rectius informandum appellare licet, cum appellans non adverſus Principem ſed adverſus relatoris calliditatem provocet. Sic Duces Luneburgicos & VVigandum Epiſcopum Papebergenſem à Carolo V. male informato contra Albertum Marchionem ad melius informandum Imperatorẽ provocaſſe, cuivis in hiſtoriis mediocriter verſato innoteſcit.

Ad argumenta a. in contrarium prolata R. & quidem ad 1. diſtinguendo inter regularem & irregularem appellationem, ad quam nõ hoc requiritur, ut fiat gradatim, ſicut regularis de qua hic non loquimur.

Ad 2. Reſp. quod illa provocatio in Camera ideo nõ admittatur, quia omnes cauſæ ad illam per viã Appellationis regularis devolvũtur. Hactenꝰ de iure provocandi.

VI. Jus monetam cudendi, imaginem & valorẽ numi conſtituendi. quod eſt de reſervatis Imperatoris, ſicut patet ex edicto Maximiliani *de an.* 1570. adeo ut inferiores

Prin-

Principes ſive Status Imperii non habeant, niſi illis ſit vicariū vel beneficiariū vel privilegiarium. Hinc tale Imperatores Civitatibus Italiæ excepta Luca, cui id interventione Luci III. Papæ in gratiam popularium relictum prorſus ademerunt.

VIII. Jus vectigalia inſtituendi, aut inſtituta augendi, *l.10.D.de publ.& vectigal.R.I.de an.Ratisb.an.1576.* §. Weiter ſeynd wir. Hoc tamen debet fieri cum conſenſu EE. ſic nec Reges Galliæ, nec Angliæ, nec Hiſpaniæ, nec Hungariæ, nec Italiæ, nec Poloniæ, nec Siciliæ ſine procerum approbatione vectigalia inſtituere poſſunt.

A vectigalibus autem liberi ſunt: Principes, Comites, Barones, Nobiles & Studioſi, *Pac.ad authen.habita C.ne fil.pro patr.* item Conſiliarii, eorumque familiæ per *R.I.Auguſt.ann.*1506. debent tamen invecta apud publicanum profiteri, alias Dominium illorum amittitur & fiſco cedit *l.fin.§.quoties 3.de publ.*

Hic Q. An rebus non venalibus vectigalia debeant exigi? *Neg. per L. 4.*

§.1.*de*

1. *Republ.* 3. 10 de [illegible]
VIII. Jus collectas indicendi [illegible] imperiales nostro idiomate Reichsſteüer/ quæ pro publica neceſsitate exſolvuntur, *Gail. 2. obſerv. 53.* à quibus nemo eximitur, unde ille qui de Comitatu quodam frey gewiſſlich ohne ſteuer inveſtitus eſt, à collectis Imp. non immunis eſt, *Mod. Piſt. conſ. 4. in princ. n. 5. & ſeq. vol. 2.* [illegible] collectis Imp. & provincialer [illegible]

Diximus ſupra quamvis ab Imperatore impetraverit, quod cum ab indictionibus & muneribus ordinariis [illegible] eximetur, nec ob excuſationem vel privilegium aliquod habent, [illegible] *C. de* [illegible] *lib. 10.*

IX. Jus cognoſcendi de *Feudis* immediate imperio ſubiectis, [illegible] und endlich ſoll abgeſprochen werden *Ord. Cam. p. 2. t. 7. Gail. 2. obſ. 29. n. 1. & ib. Gran. in addit. & obſerv. 1. n. 31. Borcb. deſ.* [illegible] *n. 1. & 3. Paurm. in tr. de Juriſd. Imp. Rom. l. 2. c. 4. n. 12.* hæc feuda nominantur noſtro idiomate Fahnlehen/ quia eorum inveſtitura per inſigne vexilli [illegible]

D Hoc

Hoc jus ſibi ſolus Imperator reſervavit, adeo etiam ut nec Vicarius illud competat, ut videre eſt in *A. R. Carol. V. tit.* Von Rechten & Donawertiſche *inform. fol.* 122. & *R. I. de ann.* 1521. *rubr.* Rechtlich vornehmen. Zum Vierdten / cauſæ enim magnæ, magnos requirunt judices *l. non diſtinguemus §. de liberali ff. de recept. arbitr. l. 2. in fin. C. de pedan. judic.*

Hic Q. 1. An Camera etiam de his cognoſcere poſſit? quamvis concurrentem cum Imperatore jurisdictionem habeat, ipſumque Cæſarem quoad contentioſam repræſentet, *Roſenth. de feud. l. 12. concl. 1. num.* 30. Obrecht *diſp.* 11. *th.* 61. cujus authoritate omnia mandata evulgat. *Ord. Cam. p.* 3. *t.* 12. §. Vnd ſolchen tamen in his feudis majoribus ſolus Imperator cognoſcit R. A. *de ann.* 1521. §. ob auch Sachen fürſteſen/ Fürſtenthumb/ Graffſchafften A&. in Sachen der Fürſtl. Marpurg. *Succeſſion in punct. except. incomp. for. in Rep. & concl.* §. Hierbey iſt erſtlichen ꝛc.

2. An ſolus Imperator de his majoribus

ous Feudi, ſive interventu parium curiæ
-gnoſcere poſſit? Quamvis deciſionem
is Haſſiacæ ſuper Catzenelnbogen. Ca-
lus V. & Ferdinandus proceribus Impe-
commiſit, *atteſt. Beſold. de iurisdi. im-
rial. c.* 13. Hoc tamen ad conſequentiam
hendum non eſt nos itaque aliam, ſta-
mus, per *A. B. Carol. IV. c.* 7. & *Ord.
mer. l.* 2. *t.* 7. ſed quod lex non cantat nec
s cantare debemus. 2. nec Camera hoc
caſu cõcurrit cum Imperatore E quil-
minus proceres Imp. qui non habent
ncurrentem juriſdictionem cum Im-
ratore.

3. Cui renovatio inveſtiturarum com-
at? Reſp. Imperatori, à quo proceres
veſtituram ſive ejusdem renovationem
iula Cæſarea petere debent per *A. B. t.*
xceptis Archiducibus, qui inveſtiturã
ra ſuum territorium tecto capite & in-
entes equo, accipiunt.

V. Jus dandi nundinas, ſive mercatus
nerales *l.* 1. *D. de nund. l. un. C. eod.* quales
t Francof. Lipſienſes & ſimiles aliæ.
co generales, quia ſpeciales inſtituere

cuivis permiſſum eſt, hæc enim non jus ſed factum continent, quia nullis privilegiis frui poſſunt *Teſſaur. deciſ. 26. 4. n. 4.* Hoc ſolum à Principe ſive Senatu impetratum, docet *Briſſon. lib. 1. ſelect. antiq. c. 15.*

XI. Jus civitates dandi *l. 1. C. de metrop.* quod conceditur ſive tacito ſive expreſſo Cæſaris conſenſu. Hinc Maxim. I. Imperator ann. Chriſti 1514. Alberto Comiti Mansfeld, qui vico cuidam tale jus dare voluit ita reſcripſit. Wann nun dir / noch jemands anders ein gemeines Stattrecht oder anders / daß der hohen Obrigkeit anhängt / ohne ſondere Erlaubnuß auffzurichten / ſo empfehlen ꝛc. quo mandato inhibitorio illud fieri prohibuit.

XII. Jus viæ publicæ ſive regiæ, quod hic non ſimpliciter conſideratur, ſed ſub ſe jus cogendi Magiſtratus provinciæ ſeu territorii cujusque ut vias publicas tutas reddant, complectitur *l. abſit. 4. ubi Cujac. C. de privil. Dom. aug. l. 13. in pr. ff. de offic. præſid.* quod quapropter etiam inter regalia majora refertur, quamvis ſimpliciter conſideratum minoribus annu-

mera-

meretur. Hoc autem ideo Imperator ſibi reſervavit, quo proficiſcentibus ad promovendum commerciorum uſum ſecuritatem præſtare poſſit. Hinc de jure vet. debuit ſpoliatis damna reſarcire tenebatur, juxt. *Zaſ. conſil.* 14. maxime ſi vectigal fuit depenſum, nec deprædatus à via prætoria deflexit. *Ius Saxon. lib.* 2. *art.* 29.

Hic Q. quod ſi quis in confinio occiſus reperiatur, ad quem Principem pertineat hujus criminis cognitio. Quamvis in dubiis nihil certi aſſerere poſſimus, tamen ſemper præferendai ſunt benigniora, putâmus itaque illius Magiſtratus eſſe cognitionem, in cuius territorio caput tanquam hominis pars principalis jacet, *l.* 44. *de relig. & ſumpt. funer.* *Schneidvv. ad §. quædam* 10. *Inſt. de action.* *fin. reg. n.* 11. *& ad §. fin. n.* 5. *de I. N. G. & C.* *Borchold. in c. unic. num.* 26. *quæ ſunt regalia,* *Treutl. in diſp.* 19. *vol.* 1. *th.* 4. *lit. A.*

Ad hoc refertur etiam jus fluminum, quod etiam inter Regalia locum habet.

Hoc loco quæritur: An licitum ſit alicui extruere in flumine publico molendinum ſine licentia Principis. Reſp. quod ſic, quia fluminis publici, uſus eſt publicus *l.1. in pr. de flum.* modo non fiat ad æmulationem & incommodum illius, qui habet molendinum in ſuperiore vel inferiore parte fluminis.

Ex hac quæſtione alia repullulat: An ille, qui ultra memoriam hominum molẽdinum habuit, alium in ſuperiore fluminis parte ædificare volentem impedire poſſit, Jaſon. affirm. ſed cùm hæc affirmativa plurimas gignat controverſias, cum inprimis actus meræ voluntatis non præſcribatur, *l.2. ff. de via publ.* meliorem eligimus opinionem, & ſtatuimus ædificare volentem impediri non poſſe, dummodo aqua ſufficiat & commodum antiquioris molendini non impediatur.

2. Q. quid juris ſit, ſi incolæ pagi cujusdam longiſſimo tempore uſi ſint mola ſui Domini, an ſi vicinus molam conſtruat, etiam in futurum compelli poſſint, ut ibi molant. Neg. placet, quia res meræ

facul-

facultatis non præſcribitur, *Bocer. c. 2. n.* 182. niſi mola illa uſi ſint jure ſervitutis, vnnd ſolches nennet man ein Zwangmühl/ dahin die Leut gezwungen werden/ zumahlen/de quo *Iacobin. de S. Georg. intr. de feud. ſup. verb. & cum molendinis num. 4. Afflict. decif. 388. Schneidvv. in uſib. feud. part. 2. q. 5. Cubach. cent. 2. quæ illuſtris decad. 4. q. 2.*

Ad hoc refertur portus, h. e. vectigal, quod pro tranſitu per pontem in portu ſolvitur *Gothofr. Ant. diſp. feud. 3. th 7. lit. E.* & ripatica quæ pro tranſitu riparum præſtanda vulgo Färichgelt.

Jus curſus publicos quos poſtas vocamus, inſtituendi; Horum inſtitutio à ſolo Imperatore dependet, *per t. t. C. de curſib. publ. angar. & parang. & l. fin. C. de fabricenſ.* & nulli communicatur. Hinc cuidam 1579. per Belgium & Italiam poſtas generales conſtituere conanti, cæterisque privatis curſoribus, vulgo metziger Poſten/ ſeverè interdictum fuit.

XIII. Jus abſolvendi aliquem à juramento ad effectũ agendi ut & cognoſcendi de

di de crimine læſæ Maieſtatis, ſolius Imperatoris ſunt. *Obrecht in diſſ. feudali.* 179. & *l. ult. in princ. ibi* manu ſpud. *l. ad leg.* 16. §. *ult. de jur. patron.*

Ad hoc pertinet etiam jus indulgendi & remittendi pœnas capitales vulgo jus vitæ & necis dictum, quod etiam eſt nota ſupremæ eminentiæ *l. divi fratres* 27. *l. ad beſtias* 31. *ff. de pœn.* hoc autem tunc temporis cedit, quando non vergit in præjudicium tertii vel Eccleſiæ. *Lancel. lib.* 1. *c.* 1. *de imperat.* §. 4. *verſ.* 17. *n.* 8. quod autem hoc ſit de Imperatoris reſervatis, patet exinde quod Carol. V. Senatui Mediolanenſi omnia pene jura imperii conceſſerit, excepto hoc unico ſaltem.

XIV. Jus ferias generales ſeu imperiales conſtituendi *l.* 4. *C. de feriis.* Sic Jul. Cæſar præſentem anni formam inſtituit. Hinc Pontifex Gregorius XIII. ſacrilegium commiſit, quod Calendarium correctum Principibus Auguſtanæ Confeſſionis obtrudi curavit, cum tamen bene ſciret, hanc poteſtatem ſibi non eſſe datam, quapropter propter inhabilitatem con-

conſtituentis, non tantum apud Auguſtanæ confeſſioni addictos, rejectum, verum etiam *an.* 1523. 14. Junii à Cameralibus decretum publicatum, daß *in narratis ſupplicationis, inſtrumentis & appellationibus* die *formalia* nach dem Alten Calender *juſtificiret* werden/biß auff fernere Kayſ. Mayt. und Ständt *Conſtitution*, ad evitandas omnis generis difficultates & confuſiones.

XV. Jus indicendi Comitia. Priusquã ei ipſum reſervatum cõſideremus, paucula de Comitiorũ natura pnotare placuit.

Comitia autem à comeundo ſive coeundo dicta, quæ à Gallis Parlamenta, ab Anglis curiæ, à Germanis Höff, à Francis Placita, ab aliis aliter appellantur, olim erant triplicia: Tributa, centuriata & curiata à ſuis collegiis in quæ populus diviſus erat, ita nuncupata, hodie ſunt duplicia: univerſalia ſeu particularia.

Uuiverſalia vocantur: Conventus univerſales & Senatus Imperii κατ᾽ ἐξοχὴν germanice Reichstag. definiuntur à Paurmeiſt. quod ſint univerſorum Principum & Optimatum conventus, *a Bertrano*

autem quod ſint conventus ordinum Imperii à Cæſare cum aſſenſu EE. indictus in civitate aliqua imperiali, ut Cæſare vel ejus Commiſſario præſente deliberationes habeantur & Decreta fiant de illis rebus quæ ad Reip. dignitatem, ſalutem & tranquillitatem pertinent, ſed utraque claudicat, in priori omittitur Cæſar, qui tamen eſt Comitiorum caput & præſes. In poſteriori, genus anguſtius eſt, quam ut Cæſarem complecti poſſit. Habetur quidem in definitione Cæſar, ſed aliud eſt, conventum ab Imperatore indici, eoque vel Legato ejus præſente deliberationes inſtitui, aliud Imperatorem cum ordinibus imperii reipubl. adminiſtrandæ gratia convenire. Deinde ſuperfluum videtur, Commiſſarium Cæſaris definitioni inſerere, nam cum is omnia quæ agit in Cæſaris perſona agat, eumque repræſentet, perinde eſt ac ſi Cæſar Comitiis interſit, iuxta illud vulgatum: quod quis per alium facit, ipſe feciſſe videtur *l. 180. ff de R. I.*

His itaque definitionibus poſtpoſitis talem

talem damus Comitiorum Vniverſalium definitionem: Comitia univerſalia ſunt Imperatoris, Electorũ, Principum & univerſorum Optimatũ Imperii conventus.

Particularia autem ſunt, tantum Optimatum & quorundam Imperii procerum conventus.

Hæc ſubdividuntur, nam aliquando ex univerſo Imperii collegio quidam ſelecti, aliquando verò quædam claſſes vel certi loci ac regionis conveniunt.

Ex univerſo Imp. Selectorum conventus olim Regimentum erat quod in Comitiis Aug. 1500. à Maximiliano inſtitutũ & à Carolo IV. labefactatum.

Ad hunc referuntur Comitia Imperatoria, de quibus poſtea, & conventus Deputatorum decreto Aug. ann. 1551. inſtitutus. Deputantur autem poſt Legatum Cæſareum ſex Electores, Moguntinẽſis, Trevirẽſis, Colonienſis, Palatinus, Saxo & Brandeburg, ex Principibus, Ferdinandus Dux Auſtriæ, Melchior VVirtzburgenſis, wilhelmus Monaſterienſis Epiſcopus & Albertus Dux Bavariæ, Dux

Juliacenſis, Landgravius Haſſiæ, Epiſcopus Conſtantienſis, Dux Burgundiæ, Duces Brunſvicenſes & Pomeraniæ. Ex Prælatis Gervvigius Abbas VVeingartenſis & Ochſenhuſanus. Ex Comitum & Baronum ordine Fridericus Comes Furſtenburgicus. Ex liberis Imp. Civitatibus Colonia & Norimberga qui à Moguntinenſi convocati Francofurti, quod locus ordinarius eſt, R. A. *de ann.* 1555. conveniunt. Ex certis regionibus Imp. quidam conveniunt quorum conventus vocatur conventus circulorum de quibus infra.

Comitiorum univerſalium (quæ aliquando motu proprio, urgente tamen utilitate publica, aliquando verò ad devotam ſtatuum Imperii ſupplicationem indicit) edicens eſt ſummus Imperator, in cujus tanquam naucleri manu non tantum navem ſed & gubernacula omnia eſſe oportet. Hinc Imperator jus indicendi comitia univerſalia ſibi tanquam aliquod majus regale reſervavit, nullum enim ſanctius & anti-

quius

quius habetur, in quo ſplendor imp. dignitatis luculentiores radios ejaculetur, quam ob cauſam Romulus, licet multa alia Majeſtatem redolentia, ſenatui & populo conceſſerit, populum tamen convocandi Senatumque cogendi poteſtatem ſibi ſoli retinuit.

Hoc jus ſicut & alia plura Majeſtatis ab Electoribus aliquo modo reſtrictum eſt, ita ut Imperator quidem Comitia indicere & Status convocare poſſit, ſed non niſi cum conſenſu & approbatione EE. Ardua enim ipſumque Statum Reipubl. concernentia ſine procerum cõſilio, Ordinumque conſenſu, fieri nec poſſunt nec debent, *Bald. in L. placet. n.* 2. quod & apud Romanos obſervatum fuiſſe annales teſtantur, quibus nihil ſine Senatus Conſilio agere licuit, quod etiam Lacedæmoni, cum Regibus ſuis adjunxerunt Ephoros, fecerunt. Sed quid multum ad antiqua recurrimus, cum moderna exempla nobis ſuppetant. Sic enim in Hiſpania, Anglia, Scotia, Gallia & Polonia uſu receptum eſt, ut Reges nihil ſine Conſiliariorum &

primorum conſenſu agere poſſint, *atteſt. Althuſ. c. 33. polit.* Ex quibus colligitur, quod conſenſus EE. ad Comitiorum indictionem veluti forma requiratur: quod vel inde conſtat, quia pro forma aliquid adjectum intelligitur, ubi certus agendi modus præſcribitur, *Cavalc deciſ.* 10. *nu.* 9. Vel præceptionis verbum DEBERE adjectum eſt, ſed utrumque in capitulatione Caroli V. & Ferdinandi adjectum fuiſſe, patet ex *Capzov. de capt. Cæſ. c.* 1. *n.* 19 & quidem hiſce formalibus: Solches alles vnnd jedes beſonder wie obſtehet / haben wir obernanter Rö. König den gedachten Churfürſtẽ geredet/verſprochen/vnd bey vnſern Kö. Ehren/Würden vnd Worten in Nahmen der Wahrheit zugeſagt / thun daſſelbe auch hiemit vnd in Krafft dieſes Brieffs / inmaſſen wir dann das mit einem leibl. Eydt zu GOtt vnd dem H. Evangelio geſchworen/daſſelbe ſtet / feſt vnnd ohnverbrochen zuhalten/ dem trewlich nach zukom̃en/ darwieder nicht zu ſein/zu thun/noch zu ſchaffen/gethan werden/in einige Weiß oder Weg / wie die mögẽ erdacht werden. Et hoc obſervatur ex Receſs. Imp. zu Regenſpurg 1576. §. Alß

haben wir &c. quibus ſuffragatur Author des Außfürlichen Berichts / wie es auff Reichstagen pflegt gehalten zu werden. His verbis: Ob auch wohl ein Römiſcher Kayſer ꝛc. Darauff ein jeder Kayſer nach ſeiner Wahl ſchweren muß/vnd andern in der Capitulationen vnd Pacti verſehen/ dz ſolches mit Wißen vnd Rath der Churfürſten beſchehen ſoll; Idque prout humanum, ita ad Imperij beatitudinem & Imperatoris gloriam redundat. Quocirca Comitia citra conſenſum EE. indicta, nullitatis argui poſſunt: paria enim videntur, non fieri aliquid vel non legitimo modo fieri *l. 2. ff. quod cujuscunque univer. nomine l. 6. ff. qui ſatisd. cog.* & forma non ſervata, actus redditur nullus, *Menoch. conſ.* 100. *n.* 112. Et hoc eo usque ſe extendit ut & in translatione Comitiorum EE. conſenſu opus ſit, cum enim ſemel conſenſu EE. certus ſit Comitiorũ locus determinatus alio loco convenire conſenſui EE. repugnare manifeſtũ eſt, idem de reaſſumptione dicendũ, q̃ confirmatur ex reſp. Cæſaris Rudolphi II. ad Principum Septemvirorum Norimbergæ congregatorum Legatos, ſub dato

Pragæ

Pragæ den 25. *Nov.* 1611. §. Sondern entweder zu Außſchreibung eines newen Reichs-Tag der conſen dem herkommen nach erlangte / oder da ſie die Churfürſten es für Gutt anſehen würden / der jüngſt verſchobene wieder reaſſumirt werden müſte.

Hic Q. An ſufficiat, ſi major pars EE. conſentiat ad indicenda Comitia. Nos negativam amplectimur, quia res ad ſingulos pertinet, ſicut ſupra ſatis demonſtravimus. Sed in illis cauſis, in quibus res ad ſingulos pertinet, non ſufficit partis majoris conſenſus ſed omnium, *per LL. 11 ff. de S. R. P.* nam quod ſingulos tangit, à ſingulis approbari debet; de his videatur *Auth.* deß außführlichen Berichts / wie es auff Reichstagen pflegt herzugehen / qui ita ſcribit: Wann nun ſolche Geſchäffte im Reich fürfallen / daß vonnöthen ein Reichstag auß zuſchreiben / ſo pflegt die Röm. Kayſ. May. ſolches zuvor / einem jeden Inſonderheit durch Schrifften vnnd Schickungen zu vermelden.

2. Q. quo tempore Electores eo jure uti cœperint, ut ad indicenda Comitia ab

Imp. eorum conſenſus requiratur. Reſp. ex hiſtoriis illud non conſtat, veriſimile autem eſt, ut multa alia jura ita & hoc tacito quodam Imperatorum & aliorum Statuum conſenſu introductum eſſe. Reperimus quidem ſi annales conſulimus, Servium Tullium VI. Rom. Regem ex ſingulis Latinorum civitatibus aliquot cõvocaſſe, & convocatis rationem conventus expoſuiſſe, hiſce eos alloquendo verbis: Res cum magnæ intercedant, quæ ſucceſſivè Imperij ruinam minitantur, cõſultationis vobiſcũ inſtituere viſum fuit, quo aloe dum in herba adhuc exiſtit, exſiccari & Status Imp. pacatus conſervari queat; ex quo talem conſuetudinem promanaſſe aliqui putant.

Tandem conſenſu EE. impetrato, ad Status Imperij edicta Cæſarea, vulgò Außſchreibung zu Reichs-Tag (in quibus præter locum & diem etiam cauſæ habendorumq; Comitiorum exprimuntur, teſt. Althuſ.) tranſmittuntur.

In quibus edictis Imperator interdum rogandi, interdum jubendi verbum uſur-

pat, prius tamen apud Modernos uſitatius eſt, utpote qui blandiori eloquio formulam edicti Cæſarei temperare cœperunt, idq; jubet Imperatoris clementia & ſuadet libertas Germanica. Miſſis his edictis Status Imp. comparere tenentur, poſtquam autem comparuerunt, Imperator in ſignũ præeminentiæ aliud reſervatum, q̄ eſt jus proponendi, ſibi vendicat, *Goldaſt.* Politiſch Reichshandel *part.* 22. *c.* 3. *p. mihi* 928. Wann nun die Kayſerl May. auff das Rath-Hauß kommen vnd Jhro May. in ſolio præparato geſeſſen/auch Churfürſten/Fürſten/Stände vnd Bottſchafften zu gegẽ/ſo laſſen Jhr May. durch einen Fürſten mit kurtzen Worten anzeigen / demnach die Ständt in guter Anzahl auff Jhrer May. Außſchreiben erſchienen / thäten ſich Jhr. May freundlich / gnädiglich vnnd gnädigſt bedancken/hetten darauff / waß ſie auff ſolchen Tag zu Handeln vonnöthen geacht / zu proponiren, in Schrifften verfaſſen laſſen/das ſolte den Ständen fürgeleſſen werden/vnd begehren Jhr. Majeſtät ſolches anzuhören vnnd darauff ſich Jhren Vertrawen

nach

nach der Gebühr zu erzeigen/alſo verlieſt Ihr. Majeſtät Secretarius oder ein ander dem Ihr. Majeſtät befehlen/die Propoſition öffentlich.

Negotia autem ob quæ Comitia inſtituuntur, vel ſunt Ordinaria vel extraordinaria.

Ordinaria ſunt de matriculæ imperialis redintegratione, de avulſis ab Imperio Provinciis recuperandis, de firmanda & conſtituenda pace, de tranquillitate publica, de legibus, de bello, de contributionibus, de judiciis, aliisque pluribus quæ ſpeciatim enumerat *Bertram*.

Extraordinaria ſunt 1. de Vectigalium novorum conceſſione vel veterum prorogatione. 2. de cauſarum controverſarum cognitione & deciſione. 3. Denique de EE. & aliorum Imper. Statuum inveſtituris. Et hæc ſunt, quorum tractatio in Comitiis ſuſcipi debet.

Jus Προεδρίας meritò inter illa quæ tractantur non quæ tractari debent, numerari

ratipoſſet. Hoc enim caliginoſo ſeculo ſæpius evenire videmus, ut poſtpoſitis gravioribus nihil in Comitiis agant, quàm de jure Προεδρίας diſceptent. quod Zamoiſius M. Poloniæ Regis Cancellarius in noſtris reprehendebat:; Germani inquit in ſuis Comitiis nihil ferè agunt, quàm ut de ſeſſionibus digladientur, *Kirchn. lib. 2. de Legat c. 5 num 28* R. A. *de ann.* 1530 §. Alſo iſt im Anfang dieſes Reichs-Tag &c. nec olim *teſt. Æn. Sylvio in Conſil Baſil.* ulla alterius rei major erat cura, nulla acrior diligentia, nulla diſputatio contentioſior, quàm de ſellis & ſedibus Legatorum.

Ex qua diſceptatione diverſæ digladiationes repullulant; & ſic ſæpe evenit, ut res tractandæ in aliena Comitia rejiciantur & ſic diæta diætam pariat, de quibus eleganter; *Carpzov. deciſ. 7 n. 5. 6. 7. 8. & 9.* Et tantum de jure Comitiorum & reſervatis Imperatoris, quæ latius ex authoribus deducere potuiſſem, niſi brevitas me delectâſſet.

CAPUT. IV.

His ita obiter conſideratis, ſequitur Electio, per quam Imperator prædicta Majeſtatis jura & conſequenter ipſa Imperii gubernacula conſequitur.

ELectio autem definitur, quod ſit actus legitimus, quo perſonæ idoneæ adminiſtratio Imp. Rom. juxta præſcriptã A.B. formam per Electorale collegium aut partem illius majorem confertur.

Dividitur autem in Ordinariam & Extraordinariam.

Ordinaria Electio eſt, quando vacante Imperio vel per mortem vel reſignationẽ vel depoſitionem Imperatoris EE. ad electionem Regis Romani legitimo modo accedunt.

Extraordinaria, quando vivente adhuc & nonnunquam conſentiente Imperatore EE. ad electionem novi Imperatoris ſe accingunt.

Hodiernum Imperium eſt electitium non ſucceſſivum, Electio enim quæ liber-

tatem

tatem arguit & optimum invenit, *Tacit* 1. *hiſtor.* magis Romanæ Reipublic. & Statui Monarchico Ariſtocratia temperato convenit, nec idoneis ad adminiſtrationem Imperij viam præcludi patitur *Beſold. de Reg. ſucceſ. diſſ.* 1. *Lipſ.* 2. *polit.* 4. *Caſ.* 2. *Sphæra civitatis* 11. *quæſt.* 2. cum contra in ſucceſſione quemque & cujuscunque conditionis ſeu ingenij naſci nobis contigerit admittere cogamur, *Toloſſ. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 1. qua ratione Ariſtoteles & alij plures magis Electioni quam ſucceſſioni favent.

Effectus Electionis eſt, ut quis ſtatim plenum adminiſtrandi jus & Imperatoriam dignitatem etiam ante coronationem conſequatur. *A.B.t.*2. hinc etiam ante inſignium traditionem alicui de bonis Imperij feudum concedere poteſt.

In Electione autem conſideranda ſunt:

I. Perſonæ eligentes, quales ſunt Electores, tres Eccleſiaſtici & quatuor ſeculares.

HIs competit jus eligendi non ut ſingulis ſed ut univerſis: Sunt enim ſucceſſores populi Rom. qui ut univerſi Imperatorem eligebant, *Petr. de Andlo l. 2. de Imp. Rom. c. 3.* ſed ſurrogatum ſapit naturam ejus in cujus locum ſurrogatur *L. ſi enim qui injuriarum ff ſi quis cautio & L. in duobus 28. § 1. ff. de jurejur. l. decernimus 10. C de aquæductu lib. 11. & in l. minor § quamquam ff. de procur.* & quamvis nondum infulati ſint, tale enim jus non ut Eccleſiaſtici ſed Principes Imperij obtinent.

II. *Perſona eligenda quæ debet eſſe idonea:*

I. RAtione ſexus, ut ſit maſculus non fœmina, fœmina enim, quam Ariſtoteles animal occaſionatum vocat naturâ mutabilis & ad regimen ſive ſeculare ſive Eccleſiaſticum inhabilis, ab omni officio civili excluditur, tam per jus civile *in l. 2. de R. J. l. 12. ff. de judic. lib. 1. § 5. ff. de poſtul. leg. ult. C. de recept. arbitr. leg. 1. § 1. & 2. ad SC. Vellej. leg. 1. C. quando mul. tut. offic. fung.* quam divinum *1. ad Timoth. 2. & Gen.*

& *Gen.* 3. ubi DEus Ter. Opt. Max. ſexui muliebri omne Imperium denegavit, in imperante enim requiritur prudentia, animi magnitudo, conſtantia in adverſis, authoritas in arduis, patientia laboris & quæ ſunt ſimiles virtutes: hæ autem à ſexu muliebri planè exulant, *juxt. Accurſ. in C. ex his de LL. Ariſt. 1. polit. C. Senec. Ovid. Propert. 2. eleg. Tacit. 15. annal.* & innumerosalios quibus adjunximus tritum illud Petronij.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis.
Eſt namque fœmineâ tutior unda fide.

Hinc muliebre genus fragilitatis *l. 1. ad SC. Vellej. avaritiæ, à Tiraq. lib. 9. LL. conn. n. 44.* Loquacitatis & innumerabilium aliarum imbecillitatum à Plaut. & Auguſt. de civit. Dei c. 19. accuſatur. Et quamvis nulli præcluſa ſit virtus nec ſexum nec cēſum eligat juxt. *Senec. in epiſt.* & interdum natura fœminam ſolertem, induſtria literatam, educatio piam, experientia ſapientem reddat, ſicut ſuo exemplo demonſtravit nobilis Bruti uxor nomine Portia

Eli-

Eliſabetha Angliæ Regina & Olympia Morata quæ & ingenii acumine & memoriæ tenacitate prævalebāt, illud tamē rarò fit, ſed de illis quæ rarò fiunt, non poſſunt leges publicari *Bull. conſ.1. Lipſ. lib.2. polit.c.3.*
II. Ratione qualitatum animi 1. ſit prudens. Prudentia enim Principi per neceſſaria eſt, *Ariſt.3 Polit.* ſine qua nec Imperium gubernare, nec Reipublicæ clavum regere, nec potentiam ſuam conſervare poteſt, cujus beneficio refractarios & jugi impatientes domat, hoſtes expellit & ſuos inſtar parentis defendit, omniaque in illorum commodum convertit. Conſiſtit a. hæc principaliter in conſiliis, ſine quibus nec regna nec civitates proſperum habuerunt imperium *Saluſt. orat. ad Cæſar.* magna enim negocia magnis egent adjutoribus *Velej. l.2. p.76. c.127. Hinc O-Wen l.2. epigr.166.*

Qui regit & regitur, rectius ille regit.

Cum igitur Princeps ſua ſcientia non omnia poſſit complecti *Tac. 3. annal.* nihil propria authoritate agat, ſed omnia quæ videlicet rempublicam concernunt, deli-

berãda proponat *l. humanum* 8. *C. d. legibus*. Vis enim conſilii expers mole ruit ſua *Horat. 3. od.* et plus in conſilio quam viri 9 hinc *Cic. in l. de Sen.* pluris æſtimabat ingenium Pythagoræ quam vires Milonis. Quapropter non ſuæ prudentiæ fidat, quod certæ cuiuſdam ruinæ prognoſticō eſt *Eccl. 4. v. 9.* Sed conſiliarios prudentia inſignes virtute & tranquillitate vitæ celebres ut cum Tacito loquar, non tamen externos in partem curarum aſſumat: Dico, non externos quia hi nec Rempublicam nec regionis mores norunt, quod tamen caput eſt ad conſilium de Rep. dandum *Cic. 2. de gr.* Sic Alexandro Calliſthenem Auguſto Arium & Athenodorum, aliis alios adhæſiſſe legimus. Hæc de prima animi qualitate quæ in imperatore requiritur.

2. Sit religioſus & pietate præditus: Magnus enim magnus inquit Hermes c. 3. animi morbus eſt impietas, quoniam illam opinio & inclinatio ad omnia mala ſequitur Idcirco antiquiores ut felices haberent ſucceſſus duo hæc munera coniunxerunt.

ſacerdotium videlicet & regnum. Quo etiam tendit Dioregenes Pythagoricus, qui tria in principe requirit 1. ut ſit Iudex 2. ut ſacerdos, 3. ut ſit belli Dux. quod tamen noſtra ætas mutavit, cum enim principem tanto onere eſſe imparem cognoſceret, iuxta Chriſti mandatum regnum à ſacerdotio diviſit, ita tamen, ut Principi non inſpectionem, ſed liberum in ſacra ius adimeret. Princeps itaq; res divinas ante omnes debet curare *Ariſt.5.polit.c.11.* & religionem plantare, quippe quæ eſt vinculum & coagulum ſocietatis ciuilis & juſtitiæ fundamentum, quod ſi tollas Reſpublica conſtituta labaſcit, & vitæ hominum ſtultitia ſcelere & immanitate complebetur. *Lact. de ira l. 8.* ſciat enim Deos proniores eſſe in eos qui maximè illos colunt Ariſt. Rhet. ad Alex. quà ratione Tullius ſe Romanos non robore aut calliditate ſed pietate & religione debellaſſe. *Ariſt. c. 31. de aruſp. reſp.*

3 Sit cultor iuſtitiæ, ſive qua nec Iupiter principatum tenere poteſt. Plutar. *de*

civili Inſtit. qua remota regna nihil aliud ſunt quam magna Latrocinia Auguſt. 4. de civit. leges itaque nec violet nec mutet, hinc Auguſtus ad Senatum apud Dionem 52. Poſitas ſemel leges ſervate, nec ullam earum mutare, nam quæ in ſuo Statu manent, e ſi deteriora ſint, utiliora tamen Reipublicæ ſunt: niſi urgente Reipublicæ neceſſitate, ex mutatione enim legum Principis contemptus *Tacit. 3. hiſt.* venalis cauſſidicorum plebejorum perfidia, litigandi ars, caninum ſtudium & apertum latrocinium repullulant, interdũ tamen temperet, ne nimia ſeveritas cui nos pares non ſumus *Tacit. 1. hiſt.* ſummam pariat injuriam.

4. Sit humanus nihil enim tam peculiare eſt Imperialis Majeſtatis, quam humanitas per quam ſola Dei ſervatur imitatio *Juſtin. in l. ult. C. de donat. inter vir. & uxor.*

5. Sit Lenis non tyrannus ſubjecti ut pariant non ut ſerviant. *Sen. 1. de ira.* debet enim cum ſuis tanquam parens cum liberis vivere *Plin. Paneg.* nec ſua potentia abuti

uti Cæſ. apud Dionem l. 43. Sed languida regnet manu Sen. Trag. Thebald. nec dominum aut ſervos ſed rectorem & cives cogitet Tac. annal. 12. utpote qui nec totam ſervitutem nec totam libertatem pati poſſunt *Agric.* 1. *hiſt.* & remiſſius imperet *Sen.* 1. *de Clem.* 24. quæ tamẽ lenitas aliqua ſeveritate juxta monitum Politicorum ſuaviter temperari debet.

Sic amorem apud populos metum apud hoſtes excitabit, & veram benevolentiam & firmã regiminis ſecuritatem inveniet 6. Sit rerũ geſtarum gloria inclytus, Clemẽs magnanimus in ſumma ſit omnibus regiis virtutibus decoratus. Debet enim honeſtatis publicę eſſe cuſtos, cujus ad exẽplum totus componitur orbis. Præter has a. prædictas doctrina mediocris in Imperaturo deſideratur. Quæ conſiſtit I. in linguarum notitia, quæ Principi admodum & perneceſſaria tum in legationibus audiendis tum in conciliis, tum in publicis alloquiis.

2. In Hiſtoricorum & Politicorum cognitione. Quod Hiſtorica attinet, illa

 ſapi-

ſæpiſſimè imperantem ad maiora impel-lunt, interdum enim evenit, ut quis conſpectis antequiorum trophæis mirificè ad gloriæ faſtigium anhelet, quod in Maximo Publio Scipione fatum legimus. Ad Politica referunt, Phyſica, Geographica Aſtronomica, Geometrica, & Moralia, inter quæ moralium cognitio in Principe inprimis deſideratur, hæc enim principē moribus probum, ingenio modeſtum, æqui amantem & ſingulis virtutibus clarum reddit, imperaturo non eſt contraria (ut Agrippina Neroni ſuadebat) ſed maxime proficua. Hinc Plato beatas Reſpublicas pronunciat, quas philoſophiæ ſtudioſis gubernare contigit. Quod Platonicum probè conſideravit Antoninus Imp. qui divino quodam aſtro percitus, interim ad Apollinis domum amore virtutis venit, & annum ætatis 50. egreſſus Philoſophorum auditoria viſitavit.

A muſicis autem & poeticis illecebris non minus quam à Sireniis ſcopulis abhorrere debet, tales enim nō tantū ſupervacuæ verum etiam noxiæ aliquanto ſunt

ut quæ dulcedine quadam ſui nobiliſſima ingenia ad ſe alliciunt, & à gravioribus avocant.

Hæc de virtutibus quas in imperatore deſideramus.

III. Ratione ſtatus, non Clericus ſed Laicus, Land vnd Lehenrecht *l.1.c.22.* licet proteſtantium religioni addictus *Pac. relig.* item R. A. *de ann.* 1555. §. damit auch probroſum *enim eſt* Clerico imperii adminiſtrationem ſuſcipere & ſecularibus immiſcere, *c. cum ad verum diſtinct.* 96. *Gl. ck de vectigal. concl. 8. lit. B. & Reinking. l.2.4.28.* 12. 26.

IV. Ratione conditionis perſonæ ſit ad minimum comes ſeu Baro. Quamvis omnibus debeat patere via honoris, tamen nullus comite ſive Barone inferior in Rom. imperio de conſuetudine ad talem dignitatem admittitur, quod autem comites admitti poſſint ad imperii Rom. gubernationem, ſufficienter exempla Wilhelmi Rudolphi, Adolphi & Guntheri demonſtrant.

V. Ratione ætatis nullam habemus expreſſam legem, quamvis juvenilis fervor non videatur ſufficere tanto oneri ferendo & umbra ſenis præferatur gladio juvenis Bald. hoc tamen in Imperatoribus locum non habet, cum interdum juvenes nobili Stemmate oriundi ſint perſpicacioris ingenij quàm ſenes *l. præcipiunt ff. 37. de adilit. edict.* Sic Otto III. ann. 12. Henricus IV. ann. 8. Fridericus II. an. 20. Wilhelmus 20. ad Imperium pervenerunt.

VI. Râtione Originis ſive nationis ſit Germanus per *tit. 2. A. B.*

Dico ratione originis. Fridericus II. quamvis natus fuit in Sicilia, ex patre tamen Germano natus in Imperatorem electus eſt, Filius enim originem patris ſui ſequitur *l.* 1. §. 2. *l. 6.* §. 1. *ff. ad municip. leg.* 10. *D. de Senat.* & non tam locus in quo quàm perſona ex qua natus inſpicitur *l. cum ſatis.* 23. *C. de agricol. & cenſit.* qui enim naſcitur ex Campanis Campanus eſt *lib.* 1. *D. ad Municipal.* quod etiam locum habet in nepote modo naſ-

naſcatur vivo avo §. *fin. Inſtit. de patr. poteſt.*

Hîc Q. cur tantum Germani ad Imperium admittantur. Reſp. ne decus & ſplendor Imperij quod Carolus M. natione Germanus ſuis bellicis triumphis acquiſivit, ad exteros transferatur, *Schleid. l.1. de ſtat. relig.* Hi enim peregrinæ Provinciæ mores ſcire non cenſentur *lib. 2. C. de offic. præfect. pretor.* nec hoc inſtitutum quod conſuetudo introduxit & uſus approbavit, pro irrationabili haberi poteſt, cum & in aliorum regnorum legibus, cautum reperiatur, ne extranei ad publica munera admittantur, quamvis interdum alibi digniores reperiantur.

Imperium itaque Romanum non tantum paſſivè in Germanos verum etiam activè translatum eſſe docet *Pet. de Andlo in tr. de imp. Rom. l. 2. c. 3.*

III. *Forma & modus eligendi in quo ponderanda:*

I. QUædam antecedentia. Hæc cõcer-

nunt I. locum, qui eſt Francofurtum ad Mœnum.

Olim locus erat arbitrarius, ſic Henricus II Moguntiæ, V. Coloniæ & alij alibi electi ſunt, hodie autem ex conſuetudine & lege confirmante eſt determinatus, qui eſt Francofurtum ad Mœnum. Hic à nello Electore mutari poteſt, proinde electio ſi alio loco peragitur, evaneſcit, niſi iuſta ſubſit cauſa, ob quam in loco determinato talis actus panegyricus procedere non potuit.

2. Tempus, quo ſe talis electio inſtitui aut finiri debet.

Tempus electionis inſtituendæ deciditur in *A. B t. 4. §, cæterum* 2. Hoc numeratur à ſciëntia mortis, intra quod Moguntinus omnes & ſingulos Electores ad electionem peragendam convocare debet.

Hic Q. An ille terminus poſſit prolongari à Moguntino. Reſp. neg. quia quod præſcriptum eſt à lege, mutari nequit, *L. 4. §. 5. de re iudic.* & quod pro forma traditur, pro forma ſervari debet *l. 8.*

§. 8.

§.8.ff.de tranſact.l.nemo poteſt 55.ff.de legat. 1.niſi ob juſtam & gravem cauſam.

Tempus intra quod finiri debet, continet tres menſes continuos *A. B. tit.* 1 §. præterea 18.

Inter antecedentia duo ſunt conſideranda.

I. Convocatio EE. qua Moguntinus omnes & ſingulos Electores ſub certa forma in *A. B.* præſcripta ad electionem imperatoriam expediendam convocat.

Convocandi officium Moguntino ideo competit, quia eſt collegii Decanus & Caput, *jux. Æn. Sylv. in Germ. ſua c.*30. & *Franc. Mart. deciſ.* 923.*n.*2.& 10. Omnes autem & ſingulos tam politicos quam Eccleſiaſticos licet hi nondum à Pontifice ſint confirmati, convocat.

Hic Q. An Rex Bohemiæ etiam ſit citãdus. *Reſp. affir. per conſt.* Ruberti comitis Palatini Vicarii & Rudolphi 1. ꝙ votũ ante A. B. habuit. Sic in Electione Friderici II. Bohemus primas partes obtinuit. Quocirca Rex Ladislaus cũ in electione Maximi-

liani I. eſſet præteritus, pœnam ab Ele-ctoribus in A. B. conſtitutam exegit de quibus paulò poſt prolixius.

II. Paritio, quæ eſt vel mediata vel immediata.

MEdiata fit per Legatum ſatis inſtru-ctum, ob juſtum impedimentum, de quo fidem ſub juramento facere debet Legatus, juxta *Goldaſt. in replic.* pro Imperio quod fecit legatus Bohemus, per literas itaque vota transmittere non licet, quamvis hoc factum ſit in electione *Richardi*, *teſt. Avent. l. 7. annal.*

Immediata fit per propriam perſonam. Quod ſi autem citati nec mediatè nec immediatè comparent, tunc pro illa vice privantur ſua ſeſſione & voto, quæ pœna & illos manet, qui ante Electionem perfectam diſceſſerunt. Si tamen unus ex illis tardius ante perfectam electionem venerint, tunc ad eandem in iſto Statu eſt admittendus, in quo conventus tempore conſiſtit, *A. B tit. 2. § poſtquam 4.*

Hic Q. An ſi major pars diſceſſerit, minor adhuc eligere poſſit Reſp, quod ſic per *l. 7. §. 2. quod cujuſcunque univ. nom*

II. Cap.

II. Concomitantia ſunt, quod ſi convenerunt Francofurti.

1. In certo & deſignato loco conveniunt.

2. Miſſam & ſacra celebrant, quibus EE. Auguſtani non cohabitant, ſed in proximo conclavi conveniunt.

Bene enim univerſa geruntur & competenter, ſi principium rei fiat decens & amabile Deo. *Nov. 6. in pr.*

3. Juramentum ſolenni ritu ſuper altare deponunt.

Et hoc pro forma in A. B. traditur. E. eſt præcisè ſervandum. Formula a. juramenti deſcribitur *apud Arumaeum* quæ talis eſt.

Ego N. N. iuro ad hæc ſancta Dei Evãgelia, quod per fidem, qua Deo & S. R. I. ſum aſtrictus ſecundum omnem intellectum meum cum Dei adiutorio eligere volo temporale caput populo Chriſtiano i. e. Regem Romanum in Cæſarem promovendum, qui ad hoc idoneus exiſtat. In qua formula videtur aliquod hæreticum committi, non enim debet quis Evangelio iurare, iusiurandum enim eſt

ſpecies cultus divini, qui non dandas eſt creaturæ. Hoc Weſenbecius pravæ conſuetudini aſſcribit, ſed nos aliter Reſp. diſtingu. inter τὸ Evangelio jurare, & ad Evangelium jurare, quod poſterius nullam ſapit hæreſin, concedimus itaque tactu Evangelii poſſe juramentum deponi per Deum. Dico tactu Sacri Codicis, qui ritus non obſervatur ab Eccleſiaſticis ſed Secularibus tantùm, Eccleſiaſtici autem coram Evangelio manus ſuas pectori imponentes, juramentum præſtant.

4. *Seriò de eligendo Imperatore deliberant.*

HIs prẹmiſſis ſequuntur E. E. vota, quę expediũtur vel immediatè per ipſos Electores, vel mediatè per illorum ſuboſficiarios, de quibus qui & quales ſint, poſteà.

Hæc autem debent eſſe ſincera, libera, non coacta, nec conditionata nec pretio nec precibus empta.

Cogitur enim ex ordinatione A. B. quilibet Elector ante electionẽ jurare, quod vocem ſuã & votum ſine fuco ſit daturus.

Hinc pro ſuffragio pecuniam accipiens ab electione excludendus eſt. Reipubl. enim malæ conſtitutæ argumentum eſt, ubi Magiſtratus ſunt venales, ubi Principatus & regna pecuniâ parantur, efficit enim hoc ut majori ſit in pretio pecunia quàm virtus, ut eleganter *Plato l. 8. de Rep.* Eligat itaque Elector ſine fuco & fraude nec pretio nec precibus corruptus *l. 3. l. fin. C. ad L. Iul. repetund.* Olim ſecus erat quod literæ Alberti Electoris Saxon. A. C. 1291. declarant, vmb aſſecuration wegen den halb tauſendt Pfund ſilbers/ ſo einem Churfürſten nach der Wahl gebühren.

Colliguntur à Moguntino, & collecta ponderantur, ita ut majora prævaleant. *A. B. t. 2 §. poſtquam 4* Ratio, qui Imperatorem non ut ſinguli ſed & univerſi eligunt, ſicut ſupra diximus, niſi in maximum imperii prejudicium tendant, *Gylm. deciſ. Camer. 8. n. 20 & 21. p. 2.*

Collecta publicantur vel eligendus in æde Bartholomæi, ſi præſens eſt, ſiſtitur.

Conſequentia Electionem ſunt:

1. Imperatoria obligatio, ſive lex regia

(*qua*

(*quæ in l.3. de manum. lex Auguſti vocatur*) qua per capitulationem ad certa quædam ſervāda obſtringitur, ne Imperator Rom. ad ſummarerum gubernacula evectus, ex poteſtate in tempeſtatem, ex adminiſtratione in effrenem ruat licentiam capitulatione propoſita ad ſervandam Imperii libertatem & plures alias conditiones juramento obſtringitur, ſapit autem hæc naturam contractus per Capitul. in præf. ibi. Daß wir vns demnach. ideoque ſanctè ſervanda.

Capitulare vero ut definitionem nominis aggrediamur, nihil aliud eſt quam per capitula & articulatim paciſci.

De origine, qua videlicet ætate in Imperio primitus capitulationes initium cœperint, diverſi diverſa ſentiunt: alii has ad turbulentum Henrici IV. Imperium referunt, quod ex Brunone Saxone colligunt, alii ſub Ludovico Arnolphi filio natas eſſe aſſerunt, ſed hi toto cœlo errant: nos itaque his miſſis ad Caroli M. ætatem Capitulationum incunabula referenda firmiter ſtatuimus, cujus opinionis veſtigiū

extat

extat in *ſpeculo Saxon. l. 3. art. 54.* Als man den König wehlet/ſo ſoll er dem Reich Hulde thun vnd ſchweren/ daß er die Warheit ſagen will vnd alles vnrecht brechen/ vnnd daß er deß Reichs Gerechtigkeit beſchirmen wolle/als beſte er kan oder mag/ quo monſtratur populum Regi non juranti noluiſſe faſces concredere, ſed ante imperii traditionem juramentum exegiſſe.

Sed dicis Carolus M. habuit regnum hereditarium E. non veriſimile eſt cum de re ſua ſibi leges poni paſſum fuiſſe. Hoc non movet, cum Delphinus quamvis Gallicum Imperium ſit ſucceſſorium, in certa juret capitula.

Forma capitulationis variat, quod ſi quis autem capitulationem deſideret, videat capitulationem moderni inviĉtiſſimi Imperatoris *Ferdinandi III.* ſemper Auguſti de ann. 1636. 24. Decembr. Ratisbonæ, quam in medium produxit *Hagen in ſua Iurispr. Iur. publ. l. 1 c. 1.*

Hic Q. 1. An Capitulatio deroget Imp. Maieſtati? Nodoſa illa quæſtio plurimas peperit controverſias & diſcrepantes exci-

citavit ſententias. Alii quos meritò hæreticos appellamus affirmativam ſtatuunt, & eo modo Imp. Maieſtatem ſuis ineptiis obfuſcare conantur, inter quos noviſſimè prodit *Hyppolitus à Lapide in ſuo tr. & ex rat. ſtat.* Aliis negativa tanquam humanior arridet, quibus & ego calculum adjicio. Capitulationes enim ſervare & Majeſtati regali obſtringi, quod non eſt obligari ſtatibus imperii, ſicut quidam putant, ſed Majeſtati Regni quæ regno eſt innata, nec per deceſſum Principis expirat, ſed continuè durat etiam vacante imperio. Cui Majeſtati ratione conſtitutionis & translationis non verò actualis poteſtatis, gubernationis & directionis, aliquo modo Majeſtas perſonalis ſubjicitur, quapropter capitulationes ſervare, ſicut vergit ad Imperii dignitatem, ſic nec Majeſtati Imp. ullo modo detrahit; Quemadmodum enim candela vitreæ incluſa capſulæ, æquè ac ſi extra eandem poſita ſuum fulgorem diſpergit, & hoc modo conſervatur, ne à ventis hinc inde exagitata extinguatur, ita Maj. fulgor, circumſtante capitulationis fabrica,

ſabrica, nec à favoniis adulationum ventis vel bellorum procellis extinguitur, nec nimiam patitur ecclipſin, prout ſæpè fieri ſolet in regnis, in quibus libera voluntas Imp. moderatori conceditur, ſicut eleganter *Limnæus tom.*1.*l* 1.*c*.12.

2. Privilegiorum confirmatio, quando univerſis & ſingulis E. E. privilegia quæ ab anteceſſoribus impetraruut, & quicquid ſine contradictione obtinuerunt, confirmat.

3. Imperii commiſſio. Quâ imperium & tota Reip. Romanæ gubernatio Imperatori ſub certis pactionibus committitur, quæ pactiones utramque partem contrahentē obligant, *Geil.l.*2. *obſ.*55.*n.*3.4.5 *&* 6.

4. Coronatio olim triplex, Lombardica, Romana, Germanica. Eſt autem coronatio, ſolennis confirmatio ad authoritatem ejus ſtabiliendam & omnibus notam faciendam.

Lombardica olim ab Archiepiſcopo Mediolanenſi perficiebatur, ſed jam dudum exolevit, *Marqu.Freher.in not. ad P. d. Andlo l.*7.*c.*6.

Romana à Papa Romæ expediebatur, *c. venerabile* 34. *&* ibi *Canō.extr.de elect.*R.U

zu Regenſpurg *an.1530.in pref.ibi.* Und unſere Kayſerliche Cron / welche wir zu Rom hätten holen mögen/zu Bononien auch empfangen/ *Goldaſt.p.4.Pol.Imp.à p.290 uſq. ad p.343.* Hæc expeditio vocabatur der Römer Zug & magnos requirebat ſumptus. Conſt. Carol. III.Imp. *apud Gold.tom.1. Conſt.Imp.p 207.* R A. zu Wormbs *an.1521.* §. auch haben uns Churfürſten. Hæc non eſt neceſſaria ad conſtitutionem Imperatoris Aurea Bulla enim hãc non requirit: Sed *quæ* lex non dicit,nec nos cantare debemus *l.64.§.9.ff.ſol.matr.l.5. C. de repetund.l.71 §.5.ff. de acquir. vel omitt.hæred.* Hoc confirmant exempla Conradi I. & II. Rudolphi I.& II. Ferdinandi I. Matthiæ. Ferdinandi II.& III. nunc feliciſſimè regnantis Imperatoris ſemper Auguſti, qui omnes talem coronationem alto quaſi ſupercilio deſpiciebant. *Coler.de jur.Imp. Germ.c.6. Quetta conſil.11.n.17. Cluten. in ſyll.rer.quotid.t.4. L.R.Th. Mich.*]*de juriſd. concl. 3.l C.* & plures alii quos brevitatis gratia ſilentio involvo.

Sola Germanica remanſit &hæc eſt neceſ-

ceſſaria per *A.B.t.*25.§. Wir ſeynd auch R. A. zu Wormbs *Ann.*1521. *in præf. ibi.* Unſer Krönung zuforderſt. Peragitur à Colonienſi *A.B.t.*4 §. zum andern. Quod ſi autem nondum infulatus eſt, ad Moguntinum pertinet, quod obſervatum fuiſſe in Coron. Maximil. II. Rudolphi II. Matthiæ Imperatorum teſtatur eruditus Buxtorfii tractatus *A.B.th.*48.*l.d.* Conſecrare enim eſt minus Epiſcopale *in C. quoniam quidam* 1.*diſt.*100.*gl.in C.quod ſicut* 28 §.*ſuper eo verſ. præterea in verbo ſine pallio X. de Elect. & elect. poteſt.* Locus olim fuit Aquisgranum *A.B.t.*25.§. Wir ſeynd auch. *Ubi Carolus IV. coronatus.* R.A. zu Worms *ann.*1521.*in præf.ib.* Unſere Krönung zuforderſt. hodie tamen locus tam ſtricte non obſervatur, atteſt. experientia, cum non ſit de eſſentia conſtitutionis.

Perficitur autem hæc coronatio 1. unctione. 2. inſignium traditione.

Unctio fit oleo, & differt à conſecratione, quia hæc fit Chriſmate.

Inſignia autem ſunt 1. Diadema à *diadiu* ſic dictum, cujus uſum Aurelianus introdu-

troduxit. Antiquitus Imperator tribus coronis ornabatur, aurea, argentea & ferrea, quod inſtitutum *Hieronym. Balb. de coron.* ex ſacris deducit ad imitationem noſtri Salvatoris, qui tres accepit coronas, aureā in Apocalyps. argenteam Zach. 5. ferream *l. Reg.* ſub imagine Zedechiæ qui ferream ſibi fabricavit coronam, quæ coronatio hodie in deſuetudinem abiit.

2. Gladius quem Imperatori Saxo præfert cuius uſus à præfecto prætorio dimanat, qui Imperatori recens electo gladiū inſignum meri imperii præferebat. *Petr. Fab. l. . Semeſtr. c. 3.*

3 Sceptrum. 4. Pomum aureum crucigerum.

5. Pallium quod eſt toga auro gemmisq; decorata.

Hic obſervetur, quod Auguſta ſi adſit etiam coronari & ungi debeat, Imperatoris enim gaudet privilegiis *l. 3. de quadrien. præſcript.* quapropter etiam ſuum Cancellarium nimirum Abbatem Fuldenſem & Archiſacellanum Abbatem S. Maximini apud Treviros habet: Finita coronatione ſequūtur cōvivia publica, Equi

tum creatio & fauſtæ acclamationes. Hæc de ordinaria electione.

Extraordinaria ſuſcipitur ob ingraveſcentem Imperatoris ætatem, iisq; modis expeditur, quibus & ordinaria. Tantum de conſtitutione, ſequitur.

Caput V.

SOlvitur autem Iuriſdictio imperatoris vel per mortem naturalem, *mors enim omnia ſolvit, Novell. de nupt. c. deinceps* 20. vel depoſitionem, qua Imperator ob graviſſimas cauſas diademate imperiali privatur. *c. ad Apoſtolic. de ſententent. & re iudic. l. 6. CC. c. venerabilem*, quæ depoſitio non ad pontificem ſed ad Optimates imperii pertinet, nihil enim magis naturali æquitati correſpondet, quam quamlibet rem eodem genere diſſolvi, quo colligatum eſt *l. 35. ff. de R. I. & l. 80. ff. de ſolut.* ſed Imperator ſuffragiis EE. eligitur Erg. etiam ab illis deponi debet. Sic poſt Henricum IV. Ottonem IV. nec non Adolphum de Naſſau Wenceslaum ob ignaviã

in ipſa Rheni ripa apud oppidulum Lohn-ſtein tribunali excitato & ſententia exau-thoritationis publicata ab Electoribus depoſitum fuiſſe reperimus an. 1400. 20. Auguſti. Vel propriam renunciationem, quæ fit vel ob ſenectutem ingraveſcentem vel morbum, vel aliam cauſam, Principi enim ſeneſcenti ocium & ſolitudo concedi debet, R. A. zu Augſpurg *ann.* 1559. *in pr.* Sic Carolus V. Maximilianus & Diocletianus Imperio renunciarunt, quæ renunciatio debet fieri in manus EE. *can. antepen. ibi gl. verbo renunciatur cauſ. 6. q. 3. gl. c. quod in dubiis 8. verb. in manum. X. de renunciat. Buxtorff. diſſ. in A. B. concl.* 20.

CAPVT VI.

SEquuntur Status, qui Cæſaris & communi procerum conſenſu in matriculam *de ann.* 1521. recepti, ſeſſionem cum voto in Comitiis habent.

Sunt igitur duo requiſita neceſſaria.

1. Vt quis ſit in matriculam receptus.

2. Vt quis ſeſſionem & votum in Comitiis habeat.

Cætera duo requiſita, quæ ſunt præſtare ſervitium militare, & territorium cum omnimoda, iuriſdictione habere ſunt accidentalia & ſupervenientia. Hi cum Imperatore als ein Chriſtlich corpus vnd Verſamblung/ut loquitur *Maximilianus in* R. A. zu Trier vnd Cölln *de an.* 1512. occupantur circa τὸν βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν: Hi vocantur curiales *A. B.* & membra quæ capiti ſuo uniuntur *in* R. A. *de an.* 1541. eingeleibte Glieder der Keyſ. May. etiam nominantur pia CAPITA. R. A. *de ann.* 1524. ſed reſpectu ſuorum ſubditorum.

Nobiles itaq; in Franconia, Suevia & ad tractatum Rheni die freye Ritterſchafft licet ſint, immediati *Gylm. deciſ. Caer. imper. verb. Nobilitas*, non tamen ſunt Status imperii, quia Ius Comitiorum non habent, in quo conſiſtit formale ſtatus Imp.

Olim quidem inter ſtatus imp. fuerunt relati, ſed tacitè nihil Imp. penſitando favori ſuo renunciarunt, innuente

A. B. Caroli IV. in pr. & Sigism §. 2. & 4. & Reform. Frider. III. Francofurt. ann. 1442. in pr. dum ab oneribus & collectis immunes eſſe voluerunt, notante *Grempio & Hieronym.* zum Lam in dem Rathſchlag von den erbarn Reichsſtätt/ Stand vnd Stim Diſentit *Wehn. pract. obſ.* von der Ritterſchafft/ qui ſola ſubjectione immediata & quibuſdam regalibus quæ immediatè obtinent, movetur: qualia ſunt 1. Ius liberum religionis exercitium in ſuis territoriis inſtituendi & eam quam velint amplectendi religionem *R. I. de ann.* 1555. § vnd in ſolchẽ Fällen *Bidenb. q. nob* 4. *n.* 1. *Bocer. de iure vaſalli c.* 6. *n* 4. *l.* 2. hinc etiam eccleſiaſtica ordinare poſſunt, wie es mit Ceremonien/ leren vnd leben ſoll in Kirchen/ Schulen/ Synodis viſitationibus, vnd ſonſten gehalten werden/ cuius enim eſt ditio illius etiam eſt religionis inſtitutio. *Stephan. de jurisd. l.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *num.* 474. quamvis tantum die Vogteyliche Obrigkeit obtineat, lex enim §. vnd in ſolchen Frieden, non eſt realis nec diſtinguit inter omnimodam

&

& nullam iuriſdictionem habentes, cujus rei extant præiudicia in cauſ. Truchſeſſer von Witzenhauſen contra den Biſchoff zu Würtzburg 4 Auguſt. ann. 74 Alten Stein contra Würtzburg an 88. *Gylm. tom. 3. ſymphor. rubr. proceſſ. fol.* 281. in quo exercitio ſeu quaſi poſſeſſione præſentandi ſi quis nobilis immediatus turbetur, petere poteſt citationem ad videndum ſe incidiſſe auff den Landfrieden cum annexo mandato de non turbando ſeu amplius offendendo.

2. Iuriſdictio territorialis Landsobrigkeit *Meichsn. Tom. 2. l. 4. deciſ. 8. Nold. de ſtat. nobil. c. 17. n.* 108.

3. Jus exigendi decimas ex fodinis & mineris *Nolden. d. l. n.* 109.

4. Jus Auſtregarum *ord. camer. p. 1. tit 3.*

5. Jus collectandi ſuos ſubditos *Roſenth. de feud. c. 5 concl. 74. n. 6. & ibi in additione l. c.* etiam pro maritanda filia *Everh. à Weihe de regn. ſubſid. c. 4 n.* 13.

6. Ius cudendi monetam *Sixt. de regalib. c.2.n.38.*

7. Bannum ferinum Wildbahn *Mor. de iur. ven. p.1.c.2.n.73.* quod ut liberius exercere poſſint, in rure habitare debent, quo magis aperto aere fruantur, *Decian. reſp. 66. n.44. vol.3.*

8. Merum & mixtum Imperium die hohe Freyſch. Veit. Halß- vnd Handgerichtliche Obrigkeit/ *Boſſius in tit. de regal. n.18.*

9. Ius diætas absq; veniæ impetratione inſtituendi, *Bexer. ad A.B c.12. concl. 95. lit. A.* modo habeant licitum finem *Myns. 6. obſ.2.n.4.*

10. Ius conſtituendi fœdera *Ferch. diſſ. de fœder. concl.8. lit.c.* vide confirmirte Ordnung der freye Reichs Ritterſchafft *an.* 1561. *item* der Ritterſchafft brüderliche Vereinigung zu Landaw auffgericht/ *d. an.* 1522. apud *Goldaſt in* Reichshandlungen *p.* 108. Ius Archivi *Nold. c.17. n.* 134. quæ regalia W*ehner.* in confirmationem ſuæ opinionis adducit, ſed ab his ad ſtatum imperii argumentari ridiculum videtur, cum formale ſtatus non in quibuſdam regalibus,

ſed

ſed in iure comitiorum conſiſtat, ſicut ſupra diximus.

Hic obſervetur quod poſſeſſio ſtatus poſſit probari per unicum conſultandi actum, nemo enim ad conſilium & Senatũ Imperii admittitur, niſi ſit conſors imperii & pars curiæ imperialis *l.7. §.2. ff. de decur.*

Forma qua ſtatus imperii à reliquis proceribus diſcriminantur, in ſola ſeſſuræ & voti communicatione actuali conſiſtit. Dicuntur tamen quidam ſtatus imperii qui in collegium cooptati, nullam actualem ſeſſionem in Comitiis habent, quod videre eſt ex R. A. zu Regenſpurg *de ann.* 1570. §. Nachdem auch noch etliche Reichsſtänd bevor ſo noch zur zeit zu keiner Seſſion kommen.

Circa ultimum requiſitum accidentale oritur quæſtio:

An hi maneant Status Imp. qui nihil amplius poſſident, quam titulos tumulosq; maiorũ? Affirm. Quamvis iuxta Dd. Comes ſine comitatu, Eques ſine equo, paſtor ſine grege abuſive ita dicantur, *Iaſ.*

 in.

in l. apud hoſtes n. 31. de Legat. 2. in imperio tamen ſecus eſt, dummodo ratione originis quis ſit ſtatus, *Gylm. Tom.* 3. *fol.* 375. Statum enim Imp. eſſe non eſt patrimonii qualitas, ſed perſonæ dignitas, non glebæ pretium ſed ſummi Principis prænium, *Knich. in velit. apol. n.* 14. *Gail. de arreſt. Imp. c.* 6. *n.* 7. *victor. de cauſ. exempt. imper. concl.* 28. *&* 31. tam pertinaciter perſonæ infixũ, ut citius illud quam hoc amitti queat, *Suſan. dec.* 6. *p.* 50. cum inprimis ſtatus rei non mutet conditionem perſonæ *l. unic. C. de impon. lucrat. de ſcript.* nec afficit eam quoad libertatem, *Gylm. ſymp. tom.* 3. *in prælud.* proinde licet extorres ſint & nihil præter titulum poſſideant, nihilominus tamen retinent jus Comitiorum, *Rul. de commiſſ. p.* 2 *l.* 5. *c.* 4. *n.* 27.

Sed dicis: ut quis ſit ſtatus imperii requiritur, ut habeat iurisdictionem, ſed ſine territorio iuriſdictio non conſiſtit, quod innuit vocabuli juriſdictionis denominatio, juriſdictio enim eſt quaſi juris ditio, ſed Reſp. neg. minor. & ad probationem Reſp. quod omne argumentum

à de-

à denominatione petitum ſit ſiculitum, deinde illa denominatio tanquam ſpuria doctioribus non probatur, jurisdictio enim à jure dicendo derivatur, prout manifeſtum eſt, manet igitur noſtrum concluſum.

CAPVT VII.

EXercent autem hi omnimodam juriſdictionem tam criminalem quam civilem, quam vel ex præſcriptione imperatoria vel conceſſione immemoriali obtinent, cuius vigore habent jura ſubſequentia.

I. Eſt jus condendi leges particulares, quas etiam Aſſeſſores Cameræ judicando obſervare tenentur. *Ord. Camer. p. 1. t. 57. Knich. de Iur. territor. c. 1. n. 179 Gail. de arreſt c. 1. n. 1.*

II. Jus indicendi collectas provinciales vulgo dictas Landſtewr *Thom. Mich. de jurisd. Concl. 48. it. C. Weſenb conſ. 27. n. 29.* quæ imponuntur ad publicam utilitatem.

Hic Q. An Clerici ab hiſce collectis ſint immunes? Neg. indubitanter ſtatuo, cum enim hæc onera patrimonialia ad quæ & Palatini aulici, licet a foro civitatum exempti, teneantur *l.* [illegible] *11. C. de* [illegible] *largit.* & Clericos his oneribus merito ſubjicimus, qui ſunt pars corporis Reſp. nec minus quàm cæteri ab hoſtium incurſu defenduntur, quapropter etiam pro reparatione murorum, utpote in qua omnis immunitas & cujusvis dignitatis prærogativa ceſſat, *cenſuit X. de immunit. Eccleſ.* [illegible] tenentur. *Luc. de Penn. in l. ſi divina 6. C. de exact. tribut. lib.* 10. & *l. ad inſtructiones C. de SS. Eccleſ.*

III. Ius legitimandi ſpurios in ſuo territorio & reſtituendæ famæ, R. A. *de ann.* 1526. § vnd wiewol.

4. Ius erigendi tabelliones Rutger Ruland *de Commiſſ. p. 2. l. 5. c. 4. n.* 41.

5. Ius inducias moratorias dandi debitoribus quinquennales *l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt l. in fraudem* 45. § *fiſcalibus* 10. *ff. de iure fiſc. Reformat.* guter Policey zu Augſpurg *an.* 1548 auffgerichtet, von verdorbenen Kauffleuten.

6 Ius

6. Ius remittendi pœnas capitales R. A. *de ann.* 1526. §. vnd wiewol & Iudæos recipiendi P. O. zu Augſpurg *an.* 1548. *tit.* von Juden vnd jhrem wucher.

7. Ius ſuccedendi in bonis ſpuriorum & ſine hærede morientium *Thom. Mich. concl.* 48. *de iuriſdict.*

8. Percipiendi decimas novalium. *Dd. Mich. de iuriſd. concl.* 49. *lit. a.*

9. Ius cudendi monetæ, R. J. *Norimberg. de ann.* 1524 dergleichen hat der Müntz halben.

10. Ius delectum agendi, R. J. *de ann.* 1564. §. ferner dieweil: ad arma convocandi *Knich. de jure territor. c.* 3. *n.* 238. tormenta bellica parādi R. J. *de ann.* 1555. §. vnd dem nach ein Kriegsvolck armandi æ, *Sixt. de regal. c.* 3. exſtruendi fortalitia, modo hæc non exſtruantur ad æmulationem vicini, *Knich. de jur. territ. c.* 3. *n.* 239.

11. Ius fœdus pangendi, quod impetrarunt in pace *publ. & R. I. de ann.* 1529. modo publicam Imperii utilitatem concernat.

12. Jurisdictionem foreſtalem, *Piſtor. conſ.14.n.14.vol.2.* jus legitimæ ætatis, *Ant. Bull.q.* quibus competat jus nobilit. item Gymnaſia & nundinas hebdomarias inſtituendi *Bull. in præd. quæſt. & Bald. in l. unic. C. de nund.*

Hic diſquiritur: An Jus venandi ſit regale? Rationem dubitandi præbet 1. *c.56. lib.2. feud.* in quo non continetur. 2 quod hoc jus quibusdam Landſaſſiis imò in nõnullis civitatibus patritiis competat. 3. quia eſt juris gentium *§. feræ Inſtit. de rer. diviſ.* quod nec minui nec mutari à Principe poteſt.

Sed his non obſtantibus affirmat. aſſerimus, quia nemini venari licet inprimis majores feras niſi illud per inveſtituram concedatur, quod probant nobiliſſimi Riedeſel quos ſpecialiter venatione apprima inveſtitos refert *Knich de inveſt. pact. p.2.c.2.n.40.*

Similiter Fridericus 1. Quidoni Querra Comiti in Etruria inter cætera regalia venationes nominatim conceſſit.

Ad argumenta autem in contrarium

propoſita Reſp. & quidem ad 1. quod prædictus titulus non omnia regalia contineret, ſed ea tantum, de quibus inter civitates Lombardiæ lis erat, deinde ſi venatio non eſſet regale, multò minus piſcatio, quæ tamen in præd. tit. comprehenditur: Hæc enim 1. eſt ſpecies venationis in genere conſideratæ, ſed quod negatur de genere negatur etiam de ſpecie, ſicut ſe habet commune philoſophorum effatũ.

2. Venatio longè eſt nobilior quàm piſcatio, quapropter ſi minus ineſt etiam majus inerit *l. ſi quando C. de teſtibus*, nec eſt quod dicas præd. cap. loqui non de ipſa piſcatione ſed tantum de reditu illius, reditus enim tales ſunt regalia propter piſcationem, ſed propter quod unum quodque tale eſt, id magis tale eſt.

Ad 2. quod prædictis mediatis illud jus competat, concedimus, ſed non ut regale verum ut emolumentum. Huic opinioni patrocinantur, *Carpz. l. 1. Reſp. Elect. t. 5. reſp. 44. n. 13. 14. & 15. Lindem. diſp. 2. th. 30. Heig. 1. q. 15. n. 44. & Dn. D. Schutz in diſp. 4. ad Inſt. jur. th. 8.*

Ad 3. quod ſit Juris gentium non affirmativi ſed negativi, quod nec præcipit nec prohibet, ſed tantum legis diſpoſitioni committit quapropter huic per jura civilia derogari poteſt. Sunt enim feræ omnibus propriæ non affirmativè h.e. quod omnes ſibi in has dominium vindicare poſſint, ſed negativè i.e. quod nullius ſint.

13. Ius Legatos mittendi R. A. *de ann.* 1500. & 1555. §. Damit aber.

14. Jus homagii Engelbr. *de juriſdict. Imp. concl.* 127. Fiſci *Peregr. de jur. fiſc. lib.* 4. Archivi, Auſtregarum, creandi Magiſtratus, Milites præſidiarios ponendi, item jus conducendi peregrinantes per vias publicas, cauſas à ſuis judiciis avocandi, protegendi, angarias & parangarias exigendi, *Maul de ſtat. Imp. c.* 3.

15. Jus exercitium liberum religionis inſtituendi, ex *Conſtit. pac. relig. de an.* 1555. *Springer. de pac. relig. c.* 20. religio enim eſt juriſdictionis ſequela, *Collect. ſymph. Tom.* 1. *c.* 1. *Conſult. in mat. relig. nu.* 29. & §. Und damit. quapropter ille qui jus patronatus tantum habet nec religionē mutare

nec

Digitized by Google

nec ſubditis ſuis parochianis diverſæ religionis clericū obtrudere poteſt, quia nullum habet juriſdictionem. Hoc ergo talium ſtatibus nullo modo ab Imperatore adimi poteſt, quia hoc eſſet contra pacem religioſam, quam tanquam per modum contractus erectam Imperator ut privatus ſanctè ſervare tenetur, *Mаul. in d. tr. de ſtat. c. 3. n. 153.*

Circa hoc ultimum regale ſtatibus Imp. conceſſum talis movetur quæſtio: An ſtatus Imp. Romano-Catholicus ſubditos ſuos Auguſtanæ religioni addictos, eccleſiaſticę juriſdictioni ſubjicere queat?

Hæc quæſtio magis gladio quam calamo agitata plurimas ſeditionum ſidias peperit, diſſenſionum nutrices excitavit, & Megæram furioſiſſimam introduxit, quãvis autem hæc majoris ſit indaginis, ut à dupondio ventilari poſſit, illius tamen occaſione ultimi regalis negativam pro virili defendere ſuſcepi. Negativa autem nititur expreſſa pacificatione, in qua Juriſdictio Eccleſiaſtica in Auguſtanam confeſſionem exerceri prohibetur

§. ſo ſoll die geiſtliche Juriſdiction wider die Augſpurgiſche Confeſſions Verwandten nicht geübet werden / num. 12. quod noviſſimè evulgato inſtrumento pacis firmiſſimè corroboratur §.v.n.11.12 & 13. Cæteræ autem novales in imperio Rom. emergentes religiones in hac neutiquam comprehenduntur, quod patet ex §. doch ſollen alle andere / ſo obgemeldten beyden Religionen nicht anhängig in dieſen Frieden nicht gemeinet / ſondern gäntzlich außgeſchloſſen ſeyn/Item in R. A. *de ann.*1566.

Hinc Dn. Lanſius in conſultatione Europæa, Calviniſtas quos reformatos vocamus, Auguſtanos non poſſe vocari, ideoque hac pacificatione excludi debere, acriter contendit quia non ſolum tempore conſtitutionis latæ nomen Calviniſtarum ſeu reformatorum in latebris adhuc incognitum latitavit, verùm etiam mandata inhibitoria contra illorum reformationem à Maximil. II. & Rudolph. II. ſunt decreta, quam litem meam non facio, ſed potius aliis decidendam relinquo.

Ex hac quæſtione alia repullulat talis videlicet:

An

An pacificatio illa religioſa ſtrictè ab Imperatore ſervari debeat?

Hoc à nullis in dubium vocari ſolet, qui ad enervandam religioſam pacificationem his utuntur fundamentis. 1. eſt. Conſenſu Pontificis præd. pacificatio non fuit corroborata E. Imperator illam tanquam injuſtam ſervare non tenetur. 2. per Concilium Tridentinum pacificatio expiravit, E.

Sed qui in hoc propugnando occupātur & oleum & operam perdunt, contra quos tale argumentum formo: omnis contractus juſtus debet ſervari, Talis pacificatio eſt contractus juſtus E. Minor quia fuit conventio, cui nec vis nec dolus cauſam dedit, & hæc noſtra minor tamdiu inconcuſſa ſtabit, donec Antagoniſtæ contrarium probent.

Quod illorum argumenta concernit, ridiculum videtur (ut ad 1. reſpondeam) quod conſenſum Papæ ad talē pacificationem requirant, cùm tamē Imperator Papæ ſuperioritatem non recognoſcat, prout ſupra demonſtravimus, nec eſt, quod ad

Eccle-

eccleſiaſticam jurisdictionem confugiat, quam ſibi facto vindicat. Sed poſito, quod Papa talem habeat juriſdictionem nihil tamen contra nos, talem enim pacificationem non improbavit, aliàs contra eam ſolenniter proteſtatus fuiſſet; qui enim tacet & non contradicit pro conſentiente habetur *l.60. & ibi Dd. & R.I.*

Quod 2. attinet, non veriſimile videtur per Tridentinum hanc pacificationem ſublatam fuiſſe, quod prolixius probant R.A. *de an.* 1555. §. Und noch dem R.A. zu Augſp. *de ann.* 1582. §. welche von wegen. & inſtrumentum pacis §. v. r. Concludimus itaque quod ſit juſta, & ſtrictè ſervari debeat.

II. Quæritur: An ille qui habet merum imperium etiam habeat juriſdictionem eccleſiaſticam. Neg. merum enim imperium tantum criminales cauſas concernit, ideoque cum juriſdictione eccleſiaſtica nihil commercii habet, *Dr. Joſ. Spring. de pac. relig. c.*10.

III. Quæritur: An St[illegible] Imp. pacifice viventes jure territorii [illegible] ad miſſam aut ad emigrandum [illegible] g.

Ad

Ad emigrandum cogere apertè repu-
gnat pacificationi religioſæ §. wo aber eini-
an anderer Orth ziehen und ſich nider thun
wollen / ubi emigratio liberæ voluntatis
eſſe dicitur, *Denaiſ in compend. Camer.*
t. 116. §. 12. unde in ſubditorum odium de-
torqueri non debet, brevis inform. apud
[illegible] Speckhar. p. 2. tom 1. t. 3. p. 249. verſ.
Wie aber [illegible]. multò minus ad miſ-
ſam [illegible] religio non ſit compulſibile ſed
ſed perſuaſibile bonum. Aug. in Joh. quod
non cogendo ſed ſuadendo introducitur,
cui nemo [illegible] Deus imperare poteſt,
ſicut Stephanus Bathori Rex Poloniæ di-
xit. Hinc Tertull. ad Scapulam non eſt re-
ligionis cogere religionẽ, quæ ſponte ſu-
ſcipi debet, non fides vi, non eſt res ne-
ceſſitatis ſed voluntatis, quapropter tales
religionis coactores non tantum capitu-
lationi religioſæ derogant, verum etiam
contra jus divinum faciunt, cujus conſi-
deratione Conſtantinus, *Theodor. hiſt. ec-
cleſ. l. 2. c. 32. Anton. Aurelius, Euſeb. l. 4. c.
13.* liberum religionis exercitium permiſe-
runt. Proinde Carol. V. Rec. Imp. de *ann.*

1530. §. etliche Obrigkeiten haben jhre Underthanen / illos Magiſtratus reprehendit, qui ſubditos religionis catholicæ gratiâ aliis in locis ſacris intereſſe prohibent.

Hujus occaſione quæritur: An Magiſtratus poſſit ſalva conſcientia plures in ſua ditione religiones tolerare.

Quamvis unitas religionis utpote charitatis vinculum & ſocietatis Chriſtianæ fundamentum maximè efflagitanda & remis velisque eo ſit laborandum, ut una religio in una ditione dominetur. Cum verò diverſitas illa & religionis diſcrepantia non niſi cum magno Reipubl. detrimento & plurima ſanguinis effuſione (quod noſtra Germania per triginta & plures annos experta eſt) eradicari nequeat, melius toleratur, quam totum corrumpitur. Quod & Turci ſecum perponderant, qui ad Imperii ſui dilatationem varias Hieroſolymis ſectas tolerant, utpote Romanos, Armenios, Græcos, Neſtorianos & plures alios, imò ipſe Rex Regum & Princeps Principum in ſua Republ. mundana diverſi-

verſitatem religionis exercere paſſus eſt, quo videlicet veritas & falſitas fides & hæreſis juxta ſe poſitæ magis illuceſcerent.

Hujus occaſione in aliam delabimur, quæ talis eſt: An Imperator habeat poteſtatem concilia convocandi & illis præſidendi? Canoniſtæ omnibus Magiſtratibus politicis poteſtaté legis Eccleſiaſticæ condendæ ademerunt, *Eccleſ. Conſtit. c. bene & c. ſi quis Principum 15. q. 7. de rebus eccleſ. non alien.* quia regimen eccleſiaſticum & politicum ſunt diſtincta munera, quorum hoc ad Imperatorem illud verò ad Papam pertinere dicunt. Sed affirmativa doctioribus probatur, cum religionis cura ad Principem ut principem ſpectet, qui utriuſque tabulæ cuſtos eſt *Ioſ.* 8. *Deut.* 17. 19 Paſtor, *Eſa.* 44. 28. Eccleſiæ nutritius, *Eſ.* 49. cujus curam niſi ſuſceperit, Deo reddere rationem tenetur *c. princeps & c. adminiſtratores* 23. q. 5. Nec tale regimen eccleſiaſticum per Dei adventum illi ademptum, ſicut patet ex *l.* 3. *C. de trinit.* ubi Imperator dicit ſe non minorem Eccleſiæ curam

habe-

habere quàm propriæ vitæ, hinc habet poteſtatem leges ferendi eccleſ. *Novell.* 7.46. de diebus feſtis *l. ult. C. de fer.* de ceremoniis t.t. *C. de ſtat. & mag.* item de perſonis eccleſiaſticis earumque creatione numero, officio & immunitate t.t. *C. de epiſc. & cleric.* Ad Canoniſtarum autem argumentum Reſp. diſtinguendo inter regimen eccleſiaſticum quod eſt duplex, aliud enim verſatur circa res eccleſiaſticas internas utpote circa divini verbi prædicationem, Sacramentorum adminiſtrationem, pœnitentium abſolutionem, pertinacium excommunicationem & quæ ſunt alia epiſcopalia, aliud verſatur circa res eccleſiaſticas externas, quæ conſiſtunt in introductione orthodoxæ religionis ejuſdem defenſione, viſitatorum inſtitutione, Synodorum convocatione &c. quod poſterius non eſt diſtinctum à regimine politico, quapropter hoc Imp. concedimus, prius autem denegamus. Ponimus itaque extra omnem dubitationis aleam, quod Imperatori jus convocandi Synodos illisque præſidendi competat.

Tan-

Tantum de privilegiis ſequitur amiſſio ſtatus: Quæ fit. 1. per maximam capitis diminutionem, quando quis ab Imperatore vel Camera Imperiali in bannum declaratur, Bannitus enim omnibus privilegiis exuitur *l.* 1. §. *quidam filium ff. de bon. poſſ. contra tabb.* & privilegia per delictum extinguuntur, *Enenck. de privil. l.* 1. *c.* 17. *per tot.*

2. Per præſcriptionem immemorialem, ſi poſt hominum memoriam nihil penſitavit, vel jus comitiorum neglexit, quo caſu tacitè favori ſuo renunciare creditur.

Caput VIII.

DIviduntur ſtatus vel ratione territorii vel ratione dignitatis.

Ratione territorii dividuntur in decem circulos R. A. zu Nürnberg de *An.* 1522. *quales* ſunt: 1. Auſtriacus ſub quo continentur Archiduces Auſtriæ, Epiſcopi Tridentinus, Brixienſis, Labacenſis, Viennenſis,

2. Bur-

2. Burgundicus ſub quo ſunt: Rex Hiſpaniæ, ratione Burgundiæ, Geldriæ & aliarum provinciarum Belgicarum. Comites Egmœdani, Hornoani & Naſſovici in Breda.

3. Electorius Rhenanus, qui continet EE. Moguntinū, Colonienſē, Trevirenſē, Palatinum Rheni, Principes, Comites Palatini Rheni, Magiſtrū ordinis Teutonici in Cōfluentia; Civitates Moguntiam, Coloniā Agrippinā, Trevirēſem, Gelhuſam.

4. Saxonicus ſuperior, qui continet Epiſcopos: Miſnenſem, Martiſpurgenſem, Naumburgenſem, Brandeburgēſem, Havelburgenſem, Lübecenſem: Abbates Salveldenſem & Quedlinburgenſem. Principes Ducem Saxoniæ Electorem, Marchionem Brandeburgenſem, Duces Pomeraniæ, Principes Anhaltinos: Comites Mansfeldenſes, Schvvartzenburgenſes, Stolbergenſem, Gleichenſem, Hohenſteinii in Lorâ & Klettenberg: Barones de Tautenberg.

5. Circulus Franconicus ad quem pertinent Epiſcopi, Bambergenſis, Wirtzburgenſis,

genſis, Eichſtadenſis, Magiſter ordinis Teutonici, Præpoſitus Cambergenſis; Principes, Marchiones Brandeburgici Onoldini: Comites Hennebergici, Hohenloici, Erpachii, Schvvartzenburgici: Barones Limburgici: Civitates Noriberga, Rotenburga ad Tubarim, Winsheimium, Svvinfurtum.

6. Bavaricus qui comprehendit Archiepiſcopum Salisburgenſem, Friſingenſem: Principes, Ducem Bavariæ, Comites Palatinos Rheni, Landgravium Leuchtenbergium: Comites Ortenburgicos; Civitates Ratiſbonam, Freiſtadium.

7. Suevicus, cui ſubſunt Epiſcopi Conſtantinus, Curienſis, Auguſtanus: & multi Abbates in Suevia; Principes, Wirtenbergicus, Marchio Badenſis: Comites ab Otingen, Hohenzollern, Helffenſtein, Montfort, Fürſtenberg, Eberſtein: Baro Geroltzeck: Civitates, Auguſta Vindelicorum, Ulma, Memminga, Reutlinga, Eslinga, Heilbronna, Bibracum, Lindavia, Ravenſpurgum, Conſtantia, Schaffhuſia, Hala Suevorum, Norlinga, Rotwila, Kauffbyra, Donawerda.

8. Rhe-

8. Rhenanus ſuperior, ſub quo ſunt Epiſcopi, Wormatienſis, Spirenſis, Argentinenſis, Baſileenſis: Principes, Dux Lotharingiæ, Dux Sabaudiæ, Duces & Comites Palatini. Spanhemienſes & Bipontini, Landgravius Haſſiæ. Comites Waldecii, Naſſovii, Dillenbergici & Saræpontani, Witgenſteinii, Falckenſteinii, Iſenburgici, Leimingenſes, Rapoltzkirchenſes, Salm, Mörsburg, Rapolſtein, Hohen-Rechberg, Weisbaden, Itzſtain, Solms: Civitates, Mulhuſa in Alſatia, Colmaria, Keiſerberga, Argentina, Hagenoa, Spira, Wormatia, Francofurtum ad Mœnum, Friedberga Wetteraviæ, Turckheimium, Wetzlarium. Huc olim pertinebant Baſilea, Metis, Tullum, Virdunum.

9. Weſtphalicus in quo ſunt Epiſcopi Paderbornenſis, Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, Verdenſis, Mindenſis, Cameracenſis, Ultrajectinus: Abbatia Corbejenſis: Principes, Duces Cliviæ & Com. Marchiæ, Duces Juliacenſes & Bergenſes, Marchiones Badenſes & Lutzenburg: Comites Embdanus Friſiæ Orientalis, Seienſes, Maaderſcheid, Weida, Bentheim,

Olden-

Oldenburg, Lippe, Civitates, Aquisgranum, Cameracũ, Duisburgum, Leuciam.

10. Saxonicus inferior habet Archiepiſcopos, Bremenſem & Magdeburgenſem: Epiſcopos Hildeſienſem, Lubecenſem, Suerinenſem, Sleſvicenſem. Principes, Regẽ Daniæ propter ditiones ad imperium pertinentes, Duces Brunſvicenſes, Luneburgenſes, Lavenburgenſes, Megapolitanos, Holſatiæ: Comites in Delmenhorſt, Civitates, Lubecã Hamburgum, Northuſã, Mulhuſam in Thuringia, Goslariam & Gôttingam.

Olim a Maximiliano Imp. *Auguſtæ an.* 1500. ſex erant conſtituti, quibus eodem anno ab eodem Imperatore conſenſu ſtatuũ quatuor erant adjecti, quod patet ex R. A. zu Trier und Cölln *de ann.* 1512. §. ſollen die 4. Churfürſten. tamen ſi quid deliberandum venit, circulariter in ſex contrahuntur, *Wehner. pract. obſ. verb* Stand deß Reichs/&c. & in præſentatione Aſſeſſorum Cameræ, *Ord. Cameral. p.* 1. *t.* 2. *item* R. A. *de an.* 1566. §. vnd ſollen vnſere vnd deß [illegible]

Ratione dignitatis diſpeſcuntur 1. in quatuor viros, quales ſunt 1. ex Ducibus: Dux Sueviæ, cujus titulum ſereniſſima domus Auſtriaca hodie ſibi vendicat. 2. Dux Brunſvicenſis. 3. Dux Lotharingiæ. 4. Dux Bavariæ.

II. Ex Vicariis. 1. Dux Brabantiæ. 2. Dux veteris Saxoniæ. 3 Dux in Weſterreich 4. Dux Sileſiæ.

III. Ex Marchionibus. 1. Marchio Brandenburgenſis. 2. Moravienſis. 3 Miſnenſis 4. Badenſis.

IV. Ex Landgraviis. 1. Landgravius Thuringiæ. 2. Landgr. Haſſiæ. Landgr. Alſatiæ. 4. Landgr. Leuchtenbergenſis.

V. Ex Burggraviis. 1. Burggravius Norimbergenſis. 2. Burggr. Magdeburgenſis 3. Burggr. Strombergenſ. 4. Reineckenſis.

VI. Ex Comitibus 1. Comes Schwartzburgenſis. 2. Comes Clivenſis qui hodie Ducis titulum uſurpat. 3. Comes Ciliæ. 4. Comes Sabaudiæ.

VII. Ex Baronibus. 1. Limburgenſis 2. Weſterburgenſis, quem Leiningenſes hodie repræſentant. 3. Alde Waldenſis. 4. Tuſſenſis dictus de Rar.

VIII. Ex Militibus. 1. Miles de Andlo, 2. Miles in Stardeck. 3. Miles de [illegible]/ 4. Miles de Frovvenberg.

IX. Ex Civitatibus imperialibus. 1. Auguſta Vindelicorum 2. Moguntia. 3. Aquiſgranum, 4. Lubeca.

X. Ex Pagis. 1. Bamberga. 2. Schletſtadia, 3. Hagenoa. 4. Vlma.

XI Ex Ruſticis. 1. Colonia. 2. Ratisbona 3. Salzburgum, 4. Conſtantia.

XII. Ex Villis. 1. Amberga. [2.] Oclamûnda, 3. Lichtenavia 4. Ingelhemia, quo[s] quatuor viros ita enumerat Dan. Otto *de jure publ. lib. 2. c. 18.*

2. In Claſſes quartum: 1. eſt EE, 2. Principum. 3. liberarum Imperialium Civitatũ.

Iuxta alios diſtinguuntur in 7. Claſſes, quarum 1. eſt EE 2. Archiepiſcoporum. 3. Epiſcoporum, 4. Principum. 5 Prælatorum. 6 Comitum. 7. Liberarum imperialium civitatum.

CAPVT IX.

Electores quos Hiſpani Logerodes vocãt, inter omnes imperii ſtatus pro-

ximum poſt Imperatorem locum obtinēt. Sunt enim principales imperii columnæ *A.B.t.2.* §. vnd wiewol & ſunt membra capiti proximiora, quorum conſilio & opera Rom. imperium contra rabiem & furorem extraneorum gubernatur & defenditur, qui imperatori conſultandi aſſident, & quaſi ſeptem Planetæ in Zodiaco ſtatas officiorum periodos obeunt. Hinc ſplendidiſſimis ab Imp. Maieſtate ornantur titulis, ſic *in A.B.* palmites imperiales indigitantur & ſeptem candelabra lucentia in unitate ſpiritus ſeptiformis quibus S. illuminatur imperium, hi ſunt loco Præfecti prætorio, *Schneidvv. de feud. p.* 2. *n.* 81. quapropter Regibus æquiparantur, quod patet ex literis quas ad Reges tranſmittũt: Luth. in ſeinen Tiſchreden *c.* 28. Die Churfürſten ſchreiben dem Könige ew. Liebde vnd nicht ewre Gnaden/dann ſie werden den Königen gleich geacht. Adde quod Cardinales in actibus impp. præcedant, *Buxtorff. in A. B. cap.* 6. *concl.* 48. *lit. C.* quod obſervatum in inauguratione Caroli V.

qua

quæ Sedunenſis, Salisburgenſis & de Croy Electores ſubſequi non faſtidierunt. *Har. Maver. de coronat.* Caroli V. Illud itaque quod de Lydorum Rege Crœſo Juſtinus ait, cum ſi non regiam, regiæ tamen dignitati proximam egiſſe vitam, in illos appoſitè quadrat, quæ regiæ ſimilis poteſtas illis ex conſtitutione Ludovici IV. competit.

Definiuntur quod ſint ſtatus imperii ab antiquo Jus eligendi Cæſarem habentes, dicantur noſtro idiomate Churfürſten à Chur/ i.e. eligendo. Vel ſeptemviri à ſeptenario numero, olim ita denominati, qui antiquis perfectiſſimus erat habitus & ad tam ſtrictam obſervantiam redactus ut nec minui nec augeri poſſet. Veteres enim teſte Gellio huic tanquam crytico & ſacro peculiarem quandam energiam aſſcripſerunt. Hinc Imp. Maximilianus I. cum imp. Electores aliquando pertentaret, ab illisque peteret, quo jus ſuffragii in electione Archiducibus Auſtriæ communicarent,

 in-

nihil effecit, *refer. Maver. in relat. coronat.* Caroli. V.

Hic Q. I. Cur Imperator tam ex militia armata quàm togata Senatum Electorium conſtituerit. Hoc Imperator ideo fecit, quò nō tantum triū Doctorum Virorum inprimis autem ſacerdotum (ſine quorū interventu veteres nihil feliciter expediri poſſe ſibi firmiter perſuadebant) opera & conſilio, verum etiam quatuor bellicoſiſſimorum Principum fortitudine Majeſtas imperatoria armata omnibus multo clarius illuſceret.

II. Q. quo tempore Illuſtriſſimus EE. ordo inceperit.

Hic diverſi diverſa ſtatuunt, alii talem conſtitutionem Carolo M. tribuunt, alii ad Friderici I. vel poſteriorum Suevorum Impp. tempora referunt, alii Henrico II. alii Conrado II, alii Conrado III. alii Ottoni III. & Gregorio Pontifici aſſcribunt: ſed miſſis his nos Illuſtriſſimum EE. ordinem tacito principum conſenſu, occultis initiis interveniente prolixitate

tem-

temporis memoriam hominum ſuperantis introductum eſſe exiſtimamus, quæ opinio firmatur, 1. ex *A. B. tit. 9.* Auß löblicher/bewehrter/langer vnd täglicher Gewonheit oder præſcription herbracht. 2. Jure Canonico 34. in quo dicitur poteſtatem eligendi ad Electores de antiqua conſuetudine pertinere, cui ſubſcribunt, *Paurmeiſt. l. 2. c. 2. num.* 101. *Arniſæus* 1. *polit.* 8. *& Schonbor.* 5. *polit.* 32.

CAPVT X.

DIviduntur in tres Eccleſiaſticos & quinque ſeculares.

Eccleſiaſtici ſunt 1. Archiepiſcopus Moguntinus, S.R.J. per Germaniam ArchiCancellarius.

2. Archiepiſcopus Trevirenſis per Galliam & Regnum Arclatenſe Archicancellarius.

3. Colonienſis per Italiam Archicancellarius, de quibus hi verſiculi.

> Trevìris ætate, ſed ſert in proprietate,
> Gaudet Agrippina, ſed honore Moguntia prima.

Verum Aquila deplumata & quibusdam provinciis imperio ſubtractis excepto Moguntino, cæteris præter titulum nihil remanſit. Hos imperator nepotum nomine ſalutat. ut videre eſt in *Reformat. Maximil. de ann.* 1495 zu Wormbs §. Ehrwürdige/Hochgeborne/Ehrſame/Edle/liebe Newe/ Ohmen/ Churfürſten / Fürſten/andächtige vnd deß Reichs getrewe.

Colonienſis & Moguntinus antiquitus diu de jure prœdrias diſceptarunt, ſed poſt multam diſceptationem tandem Moguntinus prærogativam obtinuit, *teſt. Aven. l. 2 annal.*

His tribus Eccleſiaſticis competit Ius eligendi ut Principibus imperii, & ut privilegium perſonale. Nullus enim Eccleſiaſticus ex ſua officii natura habet juriſdictionem ſecularem, nam Baculus Aa-

ronis

ronis & Nimrodi gladius una manu malè reguntur, juxta illud *Ferr. in form. libell.* Reſp. rei convent; Malè ſonat pſalterium cum cythara, imò opprobrioſum eſt, ſe cauſarum ſecularium peritos oſtẽdere, *arg. l. placet.* 17. *l.* 41. *C. de Epiſc. & Cleric. c. cum ad verum* 6. *diſt.* 96. *c. ſacerdotibus in fin. & c. ſed nec procurationes & c. t. x. ne Cleric. vel Monach. ſecul. ſe immiſc.* unde ſaltem audientia non juriſdictio jure noſtro Epiſcopis competit, qui dicuntur habere improprium territoriũ, ratione autem regalium, quæ ab Imp. immediatè poſſident, pro Laicis habentur, collectas imperio ſolvunt & homagium præſtant, proinde ab illis ad cameram nõ Romam appellatur.

Hoc extinguitur cum perſona *l.* 12. *l.* 13. *ff. ſolut. matrim.* nec individuum ſuum tranſgreditur § 6. *Inſtit. de I N. G. & C. l.* 1. §. 2. *ff. de Conſtit. pr. l.* 7. *ff. de recept. l.* 2. *C. de LL.* Hi Eccleſiaſtici poſt peractam electionem wann ein Römiſcher Keyſer in ſeiner Mayeſtät zu Tiſch ſitzet vnd offentlich

Hoff begehet/menſam conſecrant & ſigillum imperatorium tenent.

Eliguntur non à Pontifice ſed Eccleſiæ cathedralis capitularibus, in metropolitana Eccleſia *c. metropolitani 63 diſt.* unde metropolitani dicti.

Debet autem perſona eligenda eſſe idonea 1. ut ſit è Collegio. 2. Vir præſtans, doctus, pius, orthodoxæ religionis. 3 Natalibus claris. 4. legitimæ ætatis, qualis eſt 18. annus, quo completo *A. B.* Electori omne jus, officium & dignitatem tribuit. Inſtitutio enim, quæ EE. filiis adhibetur & converſatio *Doctorum* & Seniorum quæ juventutis perfecta educatio eſt, *Nov. 5 c. 3.* defectum ætatis ſupplent, ſæpiſſimè etiam juniores perſpicacioris ingenii sũt quàm ſenes *l. 37. ff. de ædil. edict. l. 91 ff. de V. O.* quod num ad alios principes extendi poſſit non eſt extra omne dubium, in his enim debetur ætas legibus circumſcripta, qualis eſt 25. annus, requiri videtur, in *Carol. V. P. O.* zu Augſp. *de ann.* 1548. ſed quicquid ſit principatus conſuetudinem magis attendendam ſta-

tui-

tuimus. Sic in Palatinatu Saxonia Marchia Brandeburgenſi, item in Principatu Brunſuicenſi, Luneburg. Wirtenberg. Haſſ. aliisque illuſtrib. familiis Principes decimo octavo anno ad Principatus gubernacula admiſſos fuiſſe, teſtatur præter alios *Daniel Otto c.*17.

Hic Q. An Elector 18. an. tranſgreſſus non ſolum ad jus electionis verum etiam Principatus gubernationem ſit admttendus. Aff.

Non enim in uno caſu pro majorenni habendus in altero tutelæ ſubiiciendus eſt, ſed per pragmaticam ſanctionem anno 18. expleto tutor & adminiſtrator ſuo officio renunciare jubetur, cum inprimis indiſſolubili nexu dignitas Electoralis cum principatu ejuſque juribus cohæreat, quod patet ex Caroli IV. diplomate quodam dato columbariæ anno 1454. Sic Ludovico Palatino E. cum 18. annum expleviſſet, Patruus Otto Dux Palatinus Electoratnm & Palatinatum

reſtituit. Ad eligendum itaque Regem idoneus habitus & ad deliberationẽ Rom. Imperium concernentes admiſſus, ab administratione arceri nequit.

Quod modum attinet conſideranda ſunt 1. Antecedentia. 2. Conſequentia.

Antecedentia in citatione capitulariũ conſiſtunt, qua facta ſequitur Electio, quæ olim vel per compromiſſum vel inſpirationem divinam vel ſuffragia fiebat, hodie autem relictis duobus prioribus modis per ſuffragia ſolum expeditur.

In cujus Electionis ſubſidium poſtulatio eſt introducta eo fine, ut perſonæ quæ vel ob ætatis defectum, vel generis vel animi vitium eligi non potuiſſet, hujus beneficio juvetur. Ab ijsdem autem peragitur ad quos electio pertinet.

Hic diſcrepantia electionis & poſtulationis probè obſervari debet, præter illam enim in definitione aſſignatam differentiam alia adhuc ſe præbet, quæ in con-

confirmatione conſiſtit, quam electio non verò poſtulatio deſiderat.

II. Conſequentia, quæ concernunt:

1. Peractæ electionis præſentationem, quæ intra menſem vel ſex menſes ſi procul à loco electionis abſit, peragi debet, *c. quoniam 5 §. porro, ut lit. non conteſt.*

2 Confirmationem ſine qua Epiſcopus nullam habet poteſtatem, *c. noſtris. c. qualiter. de elect. in 6.*

3. Conſecrationem per quam electus omnia epiſcopalia conſequitur *c. tranſſam de elect.*

4. Redemptionem pallii, quod quinque millibus aureorum redimendum, quā redemptionem *Schlesdamus* admiratur *lib.* 23. ubi inquit: Pontifex admodum carè ſolet vendere ſuum linum. Dahero auß dem einzigen ErtzBiſthumb Mäyntz vor die Confirmation eines ErtzBiſchoffs bey Menſchē Leben ſiebenmal 25000. das iſt / 75000. fl. nach Rom gelieffert worden mit groſſen Beſchwerden der Underthanen Maximil. I.

ann 1505 etwas gegen deß Bapſtes Heiligkeit vbergeben/ Goldaſt Reichs-Satzungen fol. 216. Dahero Jacobus Ertz-Biſchoff zu Måyntz/ als er jetzt ſterben wolte/ mit klagender Stimm geſagt: Es krånckete jhn nicht/ daß er ſterben müſte/ vnnd ſein verſtehender Todtſchmertzete jhn nicht ſo ſehr/ als das jenige/ ſo ſeine arme Vnderthanen widerumb vor das pallium ein ſo groſſe Schatzung geben müſten.

Pallium autem prout deſcribitur à *Matt. Steph. l. 3. de jurisd. c.* 12. *n.* 12. eſt veſtis genus candidâ lanâ contextum, humeros conſtringens, à quo duæ lineæ antè & retrò pendent, cui intextæ ſunt quatuor cruces duæ purpureæ antè & retrò, à dextris & ſiniſtris infixi quoque ſunt etiam tres acus. Cum quo de jure Can. debet Archiepiſcopus ſepeliri *c.* 2. *in fin. & ibi not. de author. & uſu pallij c. adhæc & c.* nemo de *conſecr. diſt.* 1 quod conſtitutum Canonicum juri civili repugnat, quod aliquem cum ornamentis ad evitandos inutiles ſumptus ſepelire prohibet. De quibus

bus *Rittersh. in differ. iur. Civil. & Canon. l. 7. c. 7.* Hæc de EE. Eccleſiaſticis.

Sequuntur quinque Seculares; utpote Rex Bohemiæ, S.R.I. Archipincerna, Dux Bavariæ Archidapifer, qui in noviſſimis Imperii Comitiis in locum Comitis Palatini Rheni (qui hodie Octavum Electoratum conſtituit) ſurrogatus ſuperiorem Palatinatum cum omnibus regalibus, officiis, præcedentiis, inſignibus, & juribus ad hanc dignitatem pertinentibus una cum Comitatu Cham legitimè poſſidet, & in progeniem ſuam maſculam derivat, qua deficiente prædictus Palatinatus cum omnibus præcedentiis ad Comitem Palatinum Rheni redit. Dux Saxoniæ Archimarſchallus, Marchio Brandenburgenſis Archicamerarius; & Comes Palatinus Rheni, cui Electoratus, & Palatinatus inferior ab Imperatoria Majeſtate conſenſu tamen ſtatuum Imperii reſtitutus eſt.

Inter hos Rex Bohemiæ, qui juxta Di-

Dn. Bertram ſub Carolo IV. in Collegium electorale cooptatus, ob regiæ dignitatis faſtigium primum locum obtinet, & omnes alios Reges in actibus Imperialibus etiam ipſam Imperatricem, quæ tamen privilegiis Imperatoris gaudet, antecedit ſuffragante *A B. t. 4. & 6.* item R. J. 1526. zu Eßlingen

Hic qu. An Rex Bohemiæ ſit Elector?

NEgativa videtur ſuaderi 1. ex Speculo Saxonic. ubi dicitur: Der Schenck deß Reichs hat keine Wahl/ darumb daß er nicht Teutſch iſt.

2. Hoc argument. Qui non habet ſeſſionem in Comitiis, nec contributionibus aliiſque Imp. oneribus eſt obnoxius, non eſt ſtatus Imp. nec per conſequens Elector, Rex Bohemiæ. E. Minor prob. ex R. A. de anu. 1500.

Verum hæc argum. ſi ad rationis æquilibrium adpendantur, tanti ponderis non ſunt, ut violentos contrariorum ictus ſuſtinere poſſint.

Reſpon-

Reſpondemus itaque ad 1. quod nos illa authoritas non ſtringat, cum (ut authoritati authoritatem opponamus) juxt. *Æn. Sylv.* Bohemia Germaniæ magnæ portio ſit c. 1. Bohem. quæ tamen opinio hac diſtinctione tẽperari poteſt: Teutſchlandt aut capitur pro toto Imperio Romano aut pro Germania ſolum, illud rurſus capitur aut circulariter aut Geographicè, qua diſtinctione præmiſſa nos Bohemiam Imp. Romano-Germanico Geographicè ſumpto annumerandam cenſemus.

Ad 2. reſpond. neg. conſeq. Majoris. nõ enim ſequitur Rex Bohemiæ non eſt ſtatus E. nec Elector: Omnes quidem EE. ſunt ſtatus Imp. excepto ſaltem Bohemo, qui non eſt Imp. ſtatus ſed illius ſubditus, quod nobis ſuffi it, quod autem ſit ſubditus probat *A. B.* ubi Imperator privilegia Reg. Bohemiæ conce it, at privilegiorum conceſſio ex parte con edentis ſuperioritatem ex parte autem illius cui conceditur ſubjectionem arguit, *Decian. conſ.* 33. *n.* 126. Nec obſtat, quod ipſam Auguſtam

præce-

præcedat, ſicut ſupra vidimus, ſervire enim Imperio Rom. eſt vera libertate potiri, *Bald.*

Sed excipiunt aliqui ſe largiri quidem, quod habeat votum, ſed eo demum caſu, ſi inæqualia ſubſint cæterorum EE. vota, cum tamen ſi hoc ita ſe haberet, votum Bohemi non eſſet electio ſed potius diſſentientium compoſitio & deciſio, ſed quid multa? inanis de ea quæſtione cenſetur diſputatio, ubi clara eſt conſtitutionis determinatio *l. 12. C. de ſurt.* Clara autem eſt A. B. Conſtitutio, quæ vult ante trium Secularium vota in Comitiis Imperatoriis Bohemi ſuffragium eſſe colligendum. Quamvis igitur Comitia indiſtinctè non viſitet nec ad alia quàm ea in quibus de eligendo Imperatore Rom. agitur, vocetur, Imperii tamen ſubditus eſt & per conſequens Elector, de quibus ſatis.

Hi Seculares habent ſuos ſubofficiarios, qui aliquando in Comitiis ſeu congreſſibus ejuſmodi panegyricis ſuo officio non ſine honorifica remuneratione

fungun-

funguntur. Sic Rex Bohemiæ habet Lym-burg / Dux Bavariæ, den Wahlburg / Saxo Baronem de Pappenheim / Brandenburgicus Comitem de Hohenzöllern / qualem autem Palatinus Rheni, qui olim habebat den Wahlburg / aſſumere velit, nondum patet.

His competit jus eligendi ut hereditarium, quod primogenito deferri debet.

Dico primogenito. Quamvis æqualitas inter liberos ſervari debeat, ſecus tamen eſt in perſonis publicis, inter quas filius primogenitus modò ſit Laicus, principatum ſolus habet ad *tit.* 7. *A. B.* cæteris fratribus pro dignitate alimentis conſtitutis *tit.* 24. *A. B.* quorum excluſio vocatur *Appennagium.* Ratio autem cur tantum primogenito deferatur eſt talis, ne videlicet regna & familiæ illuſtres crebra diviſione vileſcant, & ruinam minitentur; quæ ratio in Hiſtoriis tam profanis quàm ſacris fundatur. Sic Joſaphat Rex Judæorum protogenito regnum, cæteris autem filiis aurum & argen-

tum

tum reliquit, unde ſtatum ſatis honorificum ducere poſſint. Sic Artaxerxes etiamſi ante regnum natus Cyro tamen ob jus primogenituræ prælatus fuit. Hoc à patre teſtamento mutari non poteſt, fundatur enim tam in jure divino *Deutr.*21.*v.*15. quã publico *c.* 7. *A. E.* quibus per teſtamentum derogari non poteſt. Ne autem vocabulum primogeniti ambiguitatem pariat, notandum eſt, quod is vocetur primogenitus qui eſt primus in ordine naſcendi, quamvis ſit natus ante adeptam à patre dignitatem.

Dico ante adeptam à patre dignitatem, pater enim quodcunque acquirit, tam antè quàm poſt natis relinquit, & bona paterna dominum poſt mortem patris in diviſionem veniunt, cùm non prius quærendum ſit de conditione alicujus quam ſi hæreditas ad aliquem pervenit *l. non oportet* 52. *de leg.* 1.

III. quæritur: An Nepos filius primogeniti defuncti in ſucceſſione patruo præferri debeat?

Omiſſis dubitandi rationibus Reſp. affirman-

ſi mando per *tit.7. A.B. ibi* auff ſeinen erſtgebornen Sohn vnd darnach an deſſelbigen erſtgebornen Sohn ſoll es frey vnnd ohne Widerredt fallen. Nam filius ſuccedit in locum ſui Patris tam in rebus allodialibus quàm feudalibus, *gl. in c. unic ad verb. ſolus qui ſucceſſ. feud.* §. *cum filius. inſt. de hered. quæ ab inteſtato. Nov* 18. *c.* 1. ſi quis ſuccedit in locum ſuccedit in jus, *c. is qui in jus* 46 *de R. J. in* 6. & ſurrogatum ſapit naturam ſui ſurrogati, *in l. ſi eum qui injuriarum ff. ſi quis caut. in jud.* & *L. in duobus* §. 1 *ff. de jure jur. l. decrevimus* 10. *C. de aquæduct. l.* 11. & *in l. minor.* §. *quoniam ff. de procurat.* Cùm primogenito qui eſt adhuc infra 18. annum tutor vel curator juxt. *tit.* 7. *A. B.* dari debeat.

Talis oritur Quæſtio: Num tutela filii Electoris impuberis quæ ex diſpoſitione A. B. ad proximum agnatum pertinet, teſtamento mutari poſſit?

Hæc à multis tanquam Imperatoria deciſione indigens in medio relinquitur, ne autem hujus litis deciſio ſuſpendatur, aliquid

quid certi ſtatuere decrevimus, negantium itaque coronam ſequimur, his moti rationibus:

1. Quia juri publico per teſtatorem derogari non poteſt, *L. Certonem 42. de oper. libert.* & *L. 38. ff. de pact. Arum. diſcurſ. 19. Menoch. conſ. 780. Knich. in proœ. Sax. verb. EE. c. 4.* quibus addatur Kurtzer vnnd wohlgegründeter Bericht / daß die Vormundſchafft vnnd Adminiſtration der Chur-Pfaltz einig vnnd allein dem D. H. F. vnnd H. Herrn Philips Ludwigen / als dem älteſten vnnd nächſten Agnaten zuſtändig / vnnd durch keinerley Teſtamentliche oder andere Ordnung benommen / ꝛc.

2. In proclivi eſt nullam de ſucceſſione ſeu feudis in primis regalibus fieri poſſe diſpoſitionem E. nec de tutela filii. Conſeq. eſt veriſſima, qui enim diſponit de tutela, ille etiam aliquo modo de principatu videtur diſponere, cujus tutor quodammodo Do-

minus

minus conſtituitur, quod apparet ex *A. B. Carol. IV.* ubi Tutela & ſucceſſio ſemper conjunguntur. Hinc Ludovici Elect. Palat. frater Fridericus fratris teſtamentaria diſpoſitione rejecta tutelæ adminiſtrationem ſuſcepit.

3. Quia ſi extraneo Principi tutela committeretur, pupillus per doloſas machinationes facilè rerum ſuarum jacturam pati & dignitate privari poſſet.

Nec obſtat, quod quilibet ſit rerum ſuarum moderator & arbiter *l. in re mandata* 21. *C. mandati*, idcirco etiam de rebus ſuis poſſit pro lubitu diſponere *per l.* 120. *verb. legis ff. de V. S.*

Non obſtat inquam, prædicta enim Lex tantùm de privatis loquitur, quæ ad publicas perſonas inprimis Principes, quibus non eſt commiſſum Dominium ſed imperium, non conceſſa alienatio ſed principatus moderatio, extendi non debet.

Sed

Sed inſtas per *L. 1. C. de tut. vel curat. illuſtr.* Sed nec illa nos à noſtra opinione in jure publico fundata removet, cum non loquatur de principibus ſed tantum de Senatoribus, qui illuſtres & clariſſimi indigitantur, *Dn. Gothofr. in L. 1. C. de tut. vel curat. illuſtr. lit. b.*

Concludimus itaque quod tutela filii E. impuberis ex diſpoſitione A. B. ad proximum agnatum per ineat, illique auferri non poſſit. Hanc tanquam veritati magis cõſentaneam defendunt *Gœd. ad L. 120 in fin. ff. de V. S. Hunnius diſp. 15 illuſtr. quæſt. de tut. & curat. th. 5 Georg. Schonborn. l. 2, polit. c. 14 & Hænon. in d ſp. jurid. 3. controverſ. 6.*

Liberis deficientibus ſucceſſio devolvitur ad proximum agnatum, *Gail 2. obſ. 150. n. 4. Sixt. conſil. Marp. 11. n. 20 vol. 2.*

Hîc qu. An maſculis non extantibus fœmina ad regimen admitti poſſit, *de jur. civil.* nego per *l. 1. ibi. quorumque in ſexus capax eſſe* non poteſt, *C. de mulierib.* in quo loco. & *L. 3. de muner. & honor. L. cum prætor. 12. §. penult. de judic, c. 1. §. fin.*

fin.de ſucceſſ.feud. Hinc etiam cognati ab Imperio excluduntur, cujus ratio habetur *in l.3.C.de bon.mater.* ubi dicitur : infecta radice infectum eſſe omne quod deſcendit ab eo. Hoc obſervatur adhuc à Gallis, qui ſuadente Lege Salica (quæ à Saal i. e. aula denominatur) imperium in fuſum & colum cadere non permittunt. Aſt. de conſuetudine in quibuſdam Provinciis recepta, utpote in Svecia, Anglia, Hiſpania, Navarra, Polonia, Sicilia, Luſitania, Neapoli & Scotia, *Choppin.de domin. Reg lib.3.tit.1.Schleid.in de ſcript. Gall. præfixi Comment. Cominei.*

Caput XI.

SEquuntur EE. privilegia, quæ ſunt vel communia vel ſingularia.

Communia vel perſonam EE. vel res vel proceſſum reſpiciunt.

Quæ perſonam vel hujus dignitatem vel tutelam.

Quæ hujus dignitatem concernunt, habetur illa in *A.B. tit.3.4.* vnd 6. qua Electoribus prærogativa inter omnes Imp. Status, eundo, ſedendo & ſtando conceditur, in tantum ut non modo Regibus, æquiparentur, verum etiam Cardinales in celebratione Curiæ præcedant.

Quam prærogativam ex longa conſuetudine acquiſiverunt & acquiſitam non ſine exiguo nominis ſplendore in hodiernum uſque diem ex parte defendunt, *Menoch. conſ.51 n.3. vol.1.*

Quæ tutelam EE. reſpiciunt, prohibet *A.B.t.24.* læſionem & lædendi voluntatem externè declaratam eorum ſub pœna damnationis & bonorum publicationis, *per L.5.C.ad L. Jul. Majeſt. L.19. ff. de pœnis.* quapropter in illos crimen læſæ Majeſtatis committitur, quamvis Majeſtatem non habeant: Sunt enim membra Imperatoris, cui inhærent tanquam ſtellæ firmamento, *Mynſ. reſp.44.n.9. Harprecht tr. crim. ad §.3. Inſtit de publ. judic. nu.23. Arniſæus de jur: Majeſt, lib.* 1. *cap.* 1. *num.*2.

Sequun-

Sequuntur privilegia quæ habent in rebus, qualia ſunt I. Jus Argentariarum ſalinarum & aliarum fodinarum. Hoc Carolus IV. Electoribus ſpeciatim cũ omnibus jurib⁹ *t.9 & 10. A B.* conceſſit, etiã in fundis privatis ſaltem quoad decimam, *L.5.C.de metall.* non vero quoad proprietatem, jus enim tertij Imperator auferre non poteſt, *L.66.ff.de condict. indeb. l. 25. ff rer.amot.*

2. Jus Teloniorum ſeu vectigaliũ, quod & aliis Principibus communicatur, quo EE. indicta & inſtituta colligunt.

Dico inſtituta, nova enim vectigalia inſtituere ſoli Imperatori licet, *cap. 26. §. 2. x. de V.S.* adeò etiam ut illud curiæ ſine Imperiali permiſſu non competat. *L. 10. pr.ff.de publ.& vectig.*

Hinc contra eos, qui propriâ authoritate vectigalia inſtituunt, mandata ſine clauſula decernuntur & ſtatim ab executione proceditur, *Roſenth. de feud. cap. 5. concl. 3. numer.* 12. tale decretum eſt in cauſa civitatis Aquisgranenſis contra

Epiſcopum Leodienſem, item in cauſa Civitatum Imperialium contra Colonienſem & innumeris aliis. Hoc enim eſt reſervatum Imperatoris, quod tamen eſt ita reſtrictum, ut Imperator ſine EE. conſenſu illud inſtituere non poſſit, *per R I. de ann.* 1576 §. ſellen wir. quod enim ſingulos tangit à ſingulis approbari debet, *l. fin. C. de auth. praſt.*

Qua ratione nec Reges Galliæ nec Angliæ, nec Hiſpaniæ nec Hungariæ, nec Daniæ, nec Siciliæ, nec Poloniæ ſine procerum approbatione, nova vectigalia aut tributa imponere poſſunt.

III. Eſt jus monetæ, quod aliis quoque Statibus communicatur in R. A. *ann.* 1524. EE. autem ſpecialiter *tit.* 10. *A. B. indultum eſt.*

IV. Jus citra Domini conſenſum feuda comparandi quod tamen de jure feudali non licet.

V. Jus recipiendi Judæos, quod ſicut præcedentia aliis quoque Statibus Imp. conceſſum eſt.

Hoc Originem ſuam aſcribit Hildebrando

brando Papæ, qui primus circa annum Chriſti 1100. Judæis Chriſtianum orbem aperuit, quem ſecutus eſt Gregor. IX. qui Judæis 1500. citra Procerum Chriſtianorum conſenſum immunitates conceſſit, & Judaica Colluvie plurimas provincias cōſpurcavit, *atteſt. Platin.*

Hîc Q. An Magiſtratus tales ſalvâ conſcientiâ in ſuo territorio poſſit tolerare? Aff.

CUm multa de Judæorum abominandis flagitiis uſuris & blasphemiis hinc & inde legerem & lecta juveniliter trutinarem, illos in Chriſtianorum bene conſtitutis Rebuspublicis ſalvâ conſcientiâ non tolerari poſſe, ſed potius ad Garamandas & Indos relegari debere, firmiter mihi perſuadebam. Ad quam perſuaſionem me plurima quæ de Judæis ſparguntur, perduxerunt. Sicut unum producam *Florent in 2. Hiſtor. t.* 17. *c.* 1. §. 6. meminit cujuſdam pueri nomine Wilhelmi, quem in urbe Vorvicho ipſo die Paraſceves à Judæis crucifixum retulit. Nec

deſunt qui illorum uſuras admodum lepidè delineant, inter quos eſt *Gilhauſen in ſua arbore judic p.1.c.1 §.1.num.* 70. qui Judæos ſangvisugas appellat, qui Chriſtianorum bona & facultates interdum exugant *ord.polit.de ann.*1530. von Juden und ihrem Wucher & *de ann.*1548. *eod. tit. item* R.A.*de ann.*1576.§. neben Berathſchlagũg/ unde ſeditionem à populo Francofurtenſi exortam docet continuatio Relationis Hiſtoricæ autumnalis *Anno* 1615.

De Blasphemiis illorum multa *Speckhan.in Diatagm.Iudaor.* & *Gruber. in diſc. hiſtorico polit. de peregrinatione ſtudioſorum in corollar.* in medium produxit, qui inter alia hoc de illis commemorat, quod ad Chriſtiani nomen ter expuant dicentes deleatur nomen ejus; Mariam nominent Hariam i.e. ſterquilinium. Imperium Romanum appellent Edomiticum, & Chriſtianos ſalutent Sched Wilkom i.e. Diabolus te rapiat, ob quas cauſas in Gallia, Hiſpania, Saxonia,

Duca-

Ducatu Wirtenbergico & Brunſvicenſi multisque aliis Provinciis & Civitatibus non tolerantur.

Verum enimverò cum illorum privilegia à Moderno Imperatore confirmata perſpicerem, quibus uſura Judæorum lucratoria coercetur & multa de illorum blasphemiis hinc & inde ab authoribus ſparſis apertè diluuntur, contrarium humanitati Chriſtianæ (utpote quæ maxima invidia nobis infeſtos tolerare jubet) magis congruum eſſe duxi, quod fundatur tam in jure civili *t.t. C. de Judæ. & Novell.* 146. quam Canonico *t.t. de Judæ. & Sarac.* quibus adde *tit. 9. A. B. & R. A. de ann.* 1530. modò lucratoriis exercitiis & anatociſmis menſtruis poſthabitis pacificè ſecundum Leges & ſtatuta vivant, *Decian. in prax. crim. lib.* 5. *cap.* 11. *numer.* 4. nec in Synagogis ſuis Dn. JESUM CHRISTUM Salvatorem noſtrum maledictis proſcindant, neque ritus, ceremonias & ſacra ſolennia in contemptum Chriſtianæ religionis inſtituãt, *text. eſt in c. etſi Judæos & c. Nonnullis*

de Judæis l. Judæos C. eod. & habitu à Chriſtianis diverſo procedant per *cap. 15. x. de Juda.* & *R. J. de ann.* 1530. von der Juden Kleydung. Ubi Statuitur, quod flavo ſuper veſtem annulo uti debeant.

Concludimus itaque hos ut ſervos pœnæ & Fiſci (prout appellantur in der Statt Franckfurt Hiſtoriſchen Verlauffs *pag.* 72. vnd 73.) in rep. Chriſtiana ſalva conſcientiâ tolerari poſſe nec ſemel receptos pro lubitu & absque Imperatoris conſenſu, niſi ob graviſſimum ſcandalum temerè expellendos eſſe, quibus etiam ſynagogas ſuas, ſi ruinam minitentur, reparare & in perpetuum Judaicæ diſſipationis teſtimonium ſuos ritus exercere non prohibitum eſt *l. ult* §. 1. *C. de Jud.* & *Cælicol.* de quibus conſule ſi *placet Mager. de Advoc. armat cap.* 8 *num.* 220. *Marq. de Suſan tr. de Jud. Bened. Ëtum de Creſcentiis in conſ. ſuper privil. Judæor. D. Kitzel. de regal. habend. Judæor. Reſp. D. Henrici Kornman* vber die Frag/ob vnnd wie die Juden von vnd vnder Chriſtlicher Obrigkeit zu Dulden. & noviſſimè

mè *Dn. D. Diecher. Tract. de Stat. Judaor.*

II. Q. An Judæus baptizatus quoad delicta in Judaiſmo commiſſa adhuc ſit puniendus?

QUamvis affirmativa veritati magis conſentanea videatur, quia per baptiſmum non pœna corporalis ſed ſpiritualis eluitur: Negativa tamen nobis arridet, modo veram pœnitentiam agat, quo caſu Judæo baptizato in honorem Chriſtianiſmi præterita delicta condonari poſſunt, eo fine, ut & alij infideles tali modo ad Chriſtianismum invitentur, *Althuſ. Dicæol. lib. 1. c. 99. n. 25. Becht. de ſecur. theſ. 92. Decian. 5 pract. crim. 11. num. 7. Camer. cent. 1. meditat. hiſtoric. c. 89.*

III. Q. An Judæi ſint cives?

PRo cujus deciſione prius excutienda eſt homonymia vocabuli civis. Civis itaque vel capitur pro eo, qui omnibus privilegiis Reipubl. gaudet; vel pro eo qui ſtatutis Reipubl. ligatur.

Si de cive priori modo conſiderato hic ſermo inſtituatur, negativa omnibus arridet, nam nec ad officia Civilia admittuntur *l. 3 §. fin. ff. de decur. L. 15. §. 6. ff. de excus. tutor.* nec Doctores creari, excepto Medicinæ gradu. *Ben. de privil. juriscons. l. 64 n. 4.* nec pro alio poſtulare, nec judices conſtitui, nec emere vel mutuare ad bona immobilia, quod poſterius tamē non ubique ſed in certis quibusdam locis prohibitum eſt, utpote in *Francof. Reform. p. 2. tit. 12.* von Juden Schulden. *§. 8.*

Si de poſteriori, affirmativa placet, nam Judæi in generali Statuti diſpoſitione comprehenduntur *l. Iudai 8. l. Iudaeorum 17. l. nemo exterus 9. C. de Iud. Maſcard. concl. 44. num. 23.* etiam legitimam & Trebellianicam deducere poſſunt, *Alex. t. 2. conſ. 161 numer. 4.* flebili beneficio Salvi conductus & ceſſionis bonorū gaudent, *Cravett. conſ. 459. num. 14. Natt. vol. 3. conſ. 620.* Jure Commercij utuntur & in integrum reſtitui poſſunt, *Corneus l. 3 conſ. 260.* ſed ſatis de Judæis, rurſus in viam.

VI. Unio principatuum Electoralium

per

per A.B.tit 20. ad evitandam diviſionem Electoratus ejusque deſtructionem.

Quæ forum concernunt, inter quæ 1. eſt, quod ſubditi EE. ad aliud tribunal non trahantur, per *t.8.A.B.*

2. Eſt, quod Electores ſine appellatione, judicant ſicut olim Præfectus prætorio, cui tamen privilegio, excepto Saxone, qui illud in viridi obſervãtia cuſtodivit, & Brandẽburgico, qui non ita pridẽ per cõceſſionem Imperatoris tale recuperavit, tacitè & ex humanitate, ne quis ſibi illatã injuriam conqueri poſſet, renunciarunt.

Ratio a. cur ab EE. non appellari debeat, eſt talis: Quia eorum fides & gravitas ſatis explorata omnibus innoteſcit. Hoc tamen intelligendum in caſu adminiſtrati Juris & Juſtitiæ quâ denegatâ, provocatio licita eſt.

Hoc Jus nullis aliis Principibus, Exceptis Saxoniæ Ducibus, quibus tale ut Ducibus an. 1559. 2. Maj. à Ferdinando II. conceſſum eſt, communicatur.

His conſideratis ſequuntur ſingularia. Quorum I. habet Rex Bohemiæ, quod

videlicet ab oneribus & contributionibus Imperij Rom. immunis ſit, & ad Comitia univerſalia neceſſariò comparere non teneatur.

Dico Imperij, à Turcicis enim collectis Imperator nemini immunitatem concedere poteſt, niſi graviſſimam ob cauſam, harum enim remiſſio univerſo præjudicat Imperio, *Cravett. conſ. 945.*

2. Præditus eſt E. Bavariæ, quod coram eo Imperator ſuper cauſis civilibus reſpondere teneatur, quod judicium non derogat Imperatoriæ Majeſt. non enim convenitur ut Vaſallus ſicut ſupra demonſtravimus. Hinc etiam in ipſius Imperatoris Curia, inſtitui debet.

Dixi in Civilibus, Criminalium enim cognitio ad totum EE. Collegium ſpectat.

Hic Quær: Quis in cauſis feudalibus ſit judex competens? tres in hac quæſtione circumferuntur opiniones:

1. Ipſum Imperatorem conſtituit.
2. E. Bavariæ talem cognitionem defert.
3. Nec ad Imperatorem nec ad Palatinum ſed pares curiæ ſpectare ſtatuit.

Cui

Cui tanquam veriori ſubſcribo per jus feudale, nec obſtat quod A. B. contrarium aſſerat, juris enim feudalis deciſio ſpecialis & quidem antiquior habetur, cui *A. B.* tanquam generalis conſtitutio non derogat, *l. 3 C. de ſilent. arg. l. in toto jure 80. & ibi Dd. ff. de R. I.* etiamſi ſpecialis præcedat generalem *l. ſi ita ſuero 6. ff. de novat. l. 3. C. de edil. Edict. Heig. p. 1. q. 16. n. 43.* atqui ita communiter Dd. ſtatuunt.

3. Decorati ſunt EE. Bavariæ, & Saxo, qui vacante Imperio habent jus Vicariatus, ille in ſua Bavaria partibus Rheni, Svevia & Franconia, hic in Saxonia A. B. *tit. 5.* Cujus vicariatus vigore habent poteſtatem judicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, reditus & proventus recolligendi, de feudis inveſtiendi & juramentum fidelitatis nomine totius Imperij exigendi. Horum interregni tempore acta recens electus Imperator ſervare & confirmare tenetur hinc etiam ſuper tali ratihabitione ita jurat;

So ſollen vnd wollen wir auch alles das / ſo durch die zwey deß H. Reichs Churfürſten vnd Vicarien immitler weil / ſo das Vicariat laut der *A.B.* nach Vermög deß Reichs Ordnung gehandelt vnd dergleichen genehm halten/auch confirmiren vnd ratificiren / in aller beſtändigſter Form / wie ſich daſſelbe wol ziemet vnd gebühret. Vicarii itaque Imperatorem repræſentant, ſolummodo de feudis maioribus vulgò Fahnlehn dictis, inveſtire prohibentur, hoc enim eſt de *Imp. reſervatis* R. A. zu Wormbs 1521. Hoc jus à Palatino diu uſurpatum ante Carolum IV. probant Cæſarum diplomata von deß H. Reichs Vicariat. An verò talis Vicariatus ad Palatinum ratione Comitatus palatini, an Ducatus Bavarici pertinat, *Frehero lib.* 2. *ad Petr. de Andlo, c.* 10. & Gewoldo conſiliario Bavarico diſceptandum relinquo. Videat qui plura deſiderat Nob. & Ampliſ. D.D. Schützium Cancellarium Haſſo Darmſtadinum cognatum meum honoratiſſimũ ſuo collegio in Juris publici diſp. 5. *th.* 10. Ex his apparet, quod Papa Rom. *Imperii*
Vica-

Vicarius non ſit, prout nugantur Pontificii quorum teſtimonia aut parum aut nihil contra nos efficiunt: Eccleſia enim vacante imperio ſuccedere prohibetur. Hinc rectè *Alberic. de roſat. ait*: nullam earum decretalium in quibus Canoniſtæ Vicariatum S. Rom. Imperii Papæ tribuunt eſſe juri conſonam, ſed ſe credere quod ſint fictæ contra æquitatem & libertatem Romano-Germanicam. Tantum de privilegiis EE. Egimus hactenus de Electoribus, paucula jam de Archiepiſcopatibus qui & quando illos fundarit, & ſubjectis Epiſcopis ad majorem dilucidationem his annectere placuit.

Incipimus itaque à Moguntinenſi Archiepiſcopatu qui ſitus eſt in Moguntia Civitate quam Tarjanus condidit & Claudius Druſus Cæſaris privignus amplavit.

Hujus Archiepiſcopatus primus moderator fuit Willigis, Ottonis III. præceptor ann. 988. electus, qui ex pago Schö-ningen à patre redario progenitus ſuæ conditionis memor rotam depictam ſibi veluti imaginem modeſtiæ pro-

probandæ propoſuit, cum hac inſcriptione: Willigis Willigis recole unde veneris, & prioris fortunæ memor, qui nunc ſis, conſidera? Unde in hodiernum uſque diem rota in inſignibus Archiepiſcopi Moguntinenſis conſpicitur.

Habet hic Archiepiſcopus Moguntinenſis duodecim Epiſcopos ſubjectos, utpote: Argentinenſem, Spirenſem, Wormatienſem, Herbipolenſem, Auguſtanũ, Conſtantienſem ad Lacum Pedanicum, Curienſem Rhætorũ, Eichſtetenſem, Halberſtadenſem, Hildesheimenſem, Paderbornenſem & Verdenſem.

Archiepiſcopatus Colonienſis an. Chriſti 743. à Bonifacio adjuto Carolo M. introductus eſt in Coloniam Agrippinam, quam *Tacitus* ab Agrippina Auguſti Cæſaris uxore deducit. Huic ſubſunt Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, Mindenſis, Trajectenſis, Leodienſis.

Trevirenſis denominationem ſuam à Trevero accepit. Habet tres ſuffraganeos: Metenſem, Dolanum & Verdunenſem, hactenus de Archiepiſcopatibus horũq; ſuffraganeis.

CA-

CAPUT. XII.

DElabimur jam ad alteram claſſem, quæ eſt Principum, quorum appellatione Comites & Barones comprehenduntur: Principis enim nomen hîc aliquid laxius capitur, quod tamen fit impropriè ſive per conſequentiam, ideò quòd quilibet Comes ſive Baro in ſuo regno tantum poſſit, nimirum quoad actus ab Imp. Majeſtate conceſſos, quantum Imperator in univerſo, *Cacher. deciſ. 134. nu. 5. Daut. in tr. de teſt. p. 68. verſ. cum in ſuis.*

Dividuntur autem in Eccleſiaſticos & Seculares.

Eccleſiaſtici ſunt, vel Archiepiſcopi vel Epiſcopi, vel Abbates, vel Prælati.

Archiepiſcopi, qui ab ἀρχὴ & ἐπισκοπεῖν denominati, vitæ & morum populi inſpectores appellantur, *Paurm. 2. de juriſd. c. 9. in pr.* & Principatum in Epiſcopos obtinent, *Lancell. in templ. omn. judic. lib. 2. cap 4. in pr.*

Sunt præter tres ſupra memoratos Ec-

clesia-

cleſiaſticos EE. quatuor Magdeburgenſis, Salisburgenſis: Bremēnſis, & Veſontinus.

Epiſcopi quos Ludovicus conſtituit Principes Imperii, *Heig. p. 1. q. 4. num. 54.* quorumq; jurisdictio ſub Ottone 1. cœpit, *Knich. de jur. territ. cap. 1. n. 16.* Sunt Auguſtanus, Baſileenſis, Brixienſis, Papæbergenſis, Herbipolenſis, Wormatienſis, Halberſtadienſis, Paderbornenſis, Lubecenſis, Cameracenſis, Eichſtadenſis, Monaſterienſis, Spirenſis, Mindenſis, Baſſavienſis, Tridentinus, Argentinenſis, Verdunenſis, Oſnabrugenſis, Ratisbonenſis, Verdenſis, Conſtantienſis, Leodicenſis, Hildeſiēſis, Metēſis, Freiſingenſis, Tulliēſis. His adjiciuntur M. Ordinis Equitum Teutonicorum, ſive Marianorum & M. ordinis equitum Divo Johanni ſacrorū.

Abbates Monachorum patres ſeu Archimandritæ *in l. 7. C. de ſumm. Trinitat.* dicti, qui in Comitiis ad pedes Imperatoris ſedent, *Woff. Tom. 1. lect. memorab. cap. 14* ſunt Abbas Fuldenſis, Hirsfeldenſis, Præpoſitus Elbangenſis Præpoſitus & Archipresbyter Berch-

teis

telsgadenſis, Abbas Corbejenſis, Murbacenſis, Prumenſis, Campidonenſis, Stabulenſis. Inter quos ratione potentiæ Fuldenſis, qui eſt Archicancellarius Auguſtæ *R. I. de an.* 59. prærogativam obtinet, quæ dignitas ætate Lotharii per Abbatem Bertholdum de Schliz cognomento Görtz impetrata *Spangenb. in Chron. querf.* Hunc ſequitur Hirsfeldenſis, quam Abbatiam hodiè Landgravia Heſſo-Caſſellana cum omnibus pertinentiis tam ſecularibus quã eccleſiaſticis ſive intra ſive extra territorium ſitis ut præpoſitura Gellingenge ſibi & ſuæ poſteritati legitimo jure vendicat, reſervatis tamen juribus, quæ immemorialis temporis diuturnitas Domui Saxonicæ attribuit.

Prælati antiſtites eccleſiaſtici dicti t. poſtul. prælat. & de Eccleſ. prælat. Sunt Reichenavienſis Salmens Weilenſis, Schuſſenritenſis, Weiſſenburgenſis. Præpoſitus Walchenridenſis, Roggenburgenſis Weingartenſis, Weiſſennavienſis, Ochſenhuſanus, Gengenbacẽſis, Elchingenſis, Petershuſanus, Irhinenſis Monaſterii

ſterij Vallis Gregorianæ, Werdenſis, Auguſtanus, Marthalenſis, Uſtingenſis, Keiſersheimenſis, Muncherodenſis Urſpengenſis, Odenheimenſis, Werthuſanus, Præpoſitus Heimerani Ratisbonenſis, Monaſterij Corneliani S. S. Ulrici & Afræ, quibus adjiciuntur: Abbatiſſæ, quales ſūt: Quedlinburgēſis Monaſterij inferioris Ratisbonēſis, Gerenrodēſis, Huckbacēſis, Eſſēnſis Monaſterij ſuperioris Ratisbonenſis, Buchavienſis, Guttenzellenſis, Herverdenſis, Lindavienſis, Rotmunſterienſis, Beintenſis. Hæ Status Imperij ſunt, *Paurm. l. 2. de jurisd. c. 10. n. 10.* inter quas præcipua eſt Quedlinburgenſis *Betr. de Comit. membr. 3. th. 35.*

Quos Status Eccleſiaſticos præcedunt Patriarchæ Cardinales & Primates.

Patriarchæ autem Principes patrum nuncupati primas poſt Pontificem obtinent, *Novell.* 132, Hinc Archiepiſcopos præcedunt. *Flam. de Rube. conſil. 65. num. 13. vol. 2.*

Dividuntur autem in Principales vel minus principales.

Prin-

Principales ſunt: Conſtantinopolitanus, Alexandrinus Antiochenus, Hieroſolymitanus.

Minus principales ſunt: Aquilejenſis, Cantuarienſis Bituricenſis & Gradenſis.

Cardinales ſacerdotes præcipui & principales à Cardine oſtiorum ſic dicti, quod omnis Eccleſia eorum authoritate gubernetur: Qui comparantur quoad celſitudinem eccleſiaſticam Præfecto prætorio *Scacc. de appell q. 16. lim. 10. num. 1.* Dicutur fratres Pontificis *c. fundamenta in pr. de Elect. in 6.* Sicut enim Electores Imperatorem ſic illi Pontificem eligunt *c. 6. x. de Elect.* Et vacante Pontificatu vicariarum gerunt *c. 17. x. de judic.* Horum origo refertur ad Anaſtaſium Papam III. circa an. Chriſti 914. qui prohibites à Berengario ne Epiſcopum Papienſem Archiepiſcopũ crearet, novo ordine excogitato prædicto Epiſcopo mitræ rubræ inſignia dedit, inde Cardinalitia dignitas ꝓvenit, quæ imperfecte Phaca ſub Bonifacio III. ad ſummum gloriæ faſtigium aſpiravit.

His Innocentius IV. in ſignum præemi-

nentiæ rubrum pileum, Paulus II. autem veſtem Coccinem conceſſit.

Primates quaſi primas ſedes tenentes ſunt: Archiepiſcopus Magdeburgenſis in Germania Aquilejenſis in Italia, in Gallia Orientali Biturienſis, Viennenſis Lugdunenſis & Rhenenſis, in Anglia Cantuarienſis, in Hiſpania Tolletanus, in Ungaria Strigonenſis. Ex quibus tantùm Magdeburgenſis & Lugdunenſis jus Comitiorum obtinent.

Inter quas Eccleſiaſticas perſonas, primas ratione regiminis eccleſiaſtici Papa obtinet, *l.* 4. *C. de ſumm. Trinit. Nov.* 131. *c ann.* 1. *diſt.* 23. qui derivatur à pappo carduorum flore, ſicut enim talis flos marceſcens in lanuginem abit & citiſſimè evaneſcit, ſic omnes penè Pontifices brevi quaſi in limine ſui pontificatus expirant, nec ullus eorum ad provectam ætatem pervenit, quod à multis retroactis ſeculis obſervatum fuiſſe authores teſtantur. Nomen Papæ antiquitus Epiſcopis fuit commune, *Cyprian.* 2. *Epiſt.* 7. *Aug. Epiſt.* 25. 30. *&* 35. & olim pontifica-

tus imperio jungebatur. Hinc qui Reges erant & Pontifices nominabantur, ſicut patet ex *Iſiodor.* 7. *Etymol.c.* 12. & *Gen.* 49. *v.* 3. *Gen.* 14. *v.* 18. quod hodierno ſeculo correctum per apertum Domini noſtri Jeſu Chriſti mandatum, qui ſuum regnum de hoc mundo eſſe noluit *Ioh.* 18. *v.* 36.

Vocatur autem Papa der allergewaltigſte Pfaff apud *Frider. Hortled.* Von den Vrſachen deß Teutſchen Kriegs / *l.* 1. *c.* 47. cui Papicolæ tantam attribuunt poteſtatem, ut illum Deum appellare nõ erubeſcant *c.* 7. *diſt.* 96. qui legibus ſolutus *c. fin. cauſ.* 25. *q* 1. omnia pro arbitrio diſponere poſſit *c.* 5. *de pœnit. diſt.* 2. cui nemo audeat dicere, quid facis *c.* 7. *diſt.* 21. *c.* 1. *x. comm. de majorit. & obedient.* etiamſi innumerabilium populorum animas primo mancipio catervatim ad gehennam ſecum trahat *c.* 6 *diſt.* 40. *c.* 13. *q.* 7. ratione cujus poteſtatis illi jus ſuperioritatis in omnes creaturas imò etiam in ipſam imperialem Majeſtatem non

tantum

tantum quoad ſpiritualia verum etiam ſe-
cularia concedunt, *Cravett.conſ.982. n.6*
p.6.Natt conſ 637.n.10.juxt.illud : Ecce
duo gladij, *Clement.2.de ſent.& re judic. c.*
10.diſt.96.c.17. ad quod facere videtur
Romanæ urbis dignitas, quam hodie poſ-
ſidet. Cum enim Roma ſit Caput mundi
§.fin.Inſtit.de ſatisd. communis totius or-
bis patria *l.Roma 33.ff ad municip.l.fin.ff.de*
Suar.& ſuſceptor. Pontifici tanquam mo-
deratori prædicto civitatis plenum in o-
mnes tam Eccleſiaſticos quam ſeculares
Principes Dominatum Papicolæ attribu-
unt. Sed has & alias plures nugas, quas
non ſine exigua nauſea evomunt, nos ca-
chinno excipimus, quippe quæ fundamen-
to deſtituuntur & meram ſapiunt arrogan-
tiam, quod autem Romæ dignitatem al-
legant, ridiculum videtur, cum Roma o-
lim fuerit caput mundi, nunc autem illius
cauda ſit, juxta illum verſiculum: *ROMA*
caput mundi nunc orbis CAUDA rotun-
di.

Sed ne diutius extra oleas vagemur, pro-
gredimur ad Principes Imperij ſeculares

qui ſunt vel Duces, vel Landgravij vel Principes in ſpecie ſic dicti, vel Comites & Barones.

Ducum, Landgraviorum & Principum ſubſequentes enumerantur familiæ, utpote: 1. eſt Archiducum, quorum duæ ſunt Lineæ: Prima Ferdinandi, quæ proprie Auſtriaca: altera à Carolo V. Imp. deducta, Burgundica appellatur. 2. Ducum Saxoniæ, Marchionum Miſniæ & Landgraviorum Thuringiæ; Ducum Brunſvicenſium & Lüneburgenſium 4. Ducum Pomeraniæ ratione cujus, ut & Archiepiſcopatus Bremenſis & Verdenſis Epiſcopatus Regina Sueciæ (quæ non tantum in noviſſima Monaſterienſi & Osnabrugenſi Diæta Pomeraniam citeriorē, prædictumque Archiepiſcopatum & epiſcopatum cum oppido & præfectura Wilshuſen, verum etiam Rugiæ principatum cum omnibus ditionibus locis annexis, & quibuscunque eccleſiaſticis & ſecularibus bonis, item e Pomerania ulteriori Stetinum, Gartz, Dam, & plura alia territoria in Inſtrumento Pacis expreſſa in

immediatum & hæreditarium Imperij feudum ab Imperatoria Majeſtate, cõſenſu tamen Imperij Principum ſub titulo Ducatus accepit) inter Status Imperij cooptata præter alia privilegia Statibus Imperij competentia hoc ſingulare, quod ab illa nulla detur appellatio, obtinet, ſcamno ſeculari inter Principes quinto ſedet, & in Comitiis Imperialibus ſingulare Votũ habet. Dico in Imperialibus, in Deputatorum enim conventibus ratione Pomeraniæ cũ Electore Brandenburgico communicato prius conſilio unicum ferre debet, atteſtante Inſtrumento Pacis mihi à Nobiliſſimo & Ampliſſimo Dn. Varenbüllero conſiliario Stutgardino & ad Pacis tractatus legato digniſſimo communicato 5. Ducum Wirtebergenſium 6. Marchionum Badenſium 7. Ducum Holſatiæ 8. Ducum Sabaudiæ: 9. Ducum Lotharingiæ, 10. Ducum Bavariæ in duas itidem Lineas diſtinctæ, quarum una communi, nomine Bavarica, altera Palatina nuncupatur, 11. Marchionum Brandenburgenſium 12. Ducum Juliacenſium 13. Ducum

Mega-

Megapolitanorũ 14. Landgraviorũ Haſſiæ 15. Ducum Saxoniæ inferioris ſive Lavenburgenſium 16. Landgraviorum Leuchteburgenſium: 17. Principum Anhaltinorum 18. Comitum Arnbergenſium à Divo Maxmil. II. inter Imperij Principes ſuſceptorum. Inter quos Archiduces Auſtriæ à Rudolpho I. Habsburgenſi oriundi, nobiliſſimis gaudent Privilegiis & regalibus.

Poſſunt enim I. Vectigalia nova pro priâ authoritate inſtituere.

2. Comites & Barones efficere.

3. Famam reſtituere.

4. Naturales legitimare, omnesque abutentes acquiſitis dignitatibus privare.

Et 5 quod omnium maximum eſt intra ſuam Auſtriam inveſtituram, tecto capite & inſidentes equo, accipiunt.

Comites à Comitando dicti ſunt: Helffenſtein: Fürſtenberg: Hohengemoltzeck / Barones Sultz / Caſtell / Lympurg / ſemper Freyen / Kupffen / Ziemberg / Ottingen /

Hohenzöllner / Hohenlohe/Erbach/Mand-ford/Eberſtein/Reupeltz-Kirch / Erbtruſ-ſen in Walpurg/Schwartzenburg / Hohen-landsberg/Leyningen/Daasbergk / Eyſen-burg/Winnebergk / Tübingen / Gleichen-Wiedt/Oldenburg/Brunckhorſt / Batten-berg/Ortenburg/Hanaw/ Solmß/Wildt vñ Rheingraffẽ/Sain/Mãßfeldt/Schwar-tzenberg/der vier Graffen des Reichs-Oſt-frießland/Waldeck / Schaũburg / Naſſaw. Salm / Falckenſtein / Tengen/ Stolberg/ Barbey/Reußen/Lipp/Bendtheim.

Barones: Schönburg / Pirmond vnnd Wolffſtein / Mechſel Rhein / Seinsheim/ Herrn von Degenberg/Manterſchied/Baũ-garten/Fugger/Herr Schencken von Taut-tenberg/Kirchingen/Königs-Eck vnnd Au-lendorff/Graffeneck / Fleckenſtein / Herrn von Birnbaum.

Vocabulum Baronis alij ἀπὸ τῆς βαρύτητος i.e. gravitate, alij à βάρυ i.e. mole ſeu vaſti-tate corporis, *Borch. de feud.* c. 5. plurimi verò ab Hebræorum Bar, quod filium ſi-gnificat derivant, quæ poſterior denomi-natio Doctorum calculo approbatur. Cũ

enim

enim Reges numeroſam haberent ſobolem, nec omnes ad regiam dignitatem evehere poſſent, cum regna Majoratus ſint indiviſibilia, ampla caſtella illis cum omnimoda jurisdictione & Imperio conceſſerunt. Hinc vocantur Barones, h. e. filij aliis celſiores, *Alberic. de roſat. in dicti-on. in verb. Baro.*

Barones nomine non re à Comitibus differunt, quod ex noviſſimis Imperij cōſtitutionibus *Reform. polit. de ann.* 1530. *tit.* von Graffen/vnd Herrn/*pac. relig.* matricula Imp. & jure Auſtregarum ſatis luculenter apparet, ubi parificantur & iisdem fruuntur privilegiis.

Barones juxta alios diſtinguuntur in ſemper liberos, ſimpliciter liberos & ſiberos, ſed nullam inter hos agnoſco differentiam, eadem n. dignitate gaudent. Sed nolo hîc æquo prolixior eſſe, qui plura deſiderat, videat Cluten *in ſyllog. rer. quotid.*

CAPUT. XIII.

SEquitur tertia claſſis quæ eſt Imperiali-
um liberarum Civitatum, quæ liberæ
appellantur, non quod omnimoda liber-
tate gaudeant, ſicuti die freye Schweitzer
ſed quod nulli inferiori Principi ſubſint
neminem n. niſi Imperatorem ſuperior-
recognoſcunt, à quo regalia, jus ſuperio-
ritatis territorialis, Archivi, Comitiorũ
una cum jurisdictione tam criminali qu-
civili partim conceſſione, partim præſcri-
ptione immemoriali obtinent. *Pereg: d.
jur. fiſc. t. 2. n. 44.* Scipio Gentilis *de jurisd.
l. 3. c. 22. Th. Michael de jurisdict. concl.* 44
Vultej. de feud. c. 5. n. 7. Bertr. de Comit. n. 48
de quibus licet Landsfürſtlicher Obrigkei-
prædicari nequeat, iis tamen Landshoheit
Lands-Obrigkeit vnd Herzligkeit competit
quæ in effectu cum Landsfürſtlicher Obrig-
keit eadem ſunt. *Schubb. in tr. de Auſtreg.
c. 3. n.* 18. ridiculum igitur videtur illis ſu-
perioritatem territorialem denegare, ſi-
cut fecit Knichen, cum n. habeant territo-
rium & jus illi annexum obtineant, nec ſ-
ſarium

ſarium eſt, ſuperioritas n. territorialis territorio adhæret, ſicut nebula ſupra paludem *Bart. ad l. fin. C. ubi & apud quem*. Cũ inprimis ſint Status Imp. qui deterioris conditionis eſſe non poſſunt, quam quædam provinciales, quibus ſuperioritas territorij conceſſa eſt, ſicut paulo poſt videbimus.

Quod a. Status Imperij ſint, probat matricula de an. 1521. in quam receptæ ſunt, ſicut enim militaris catalogus probat militem ex eo tempore § 2 *ff. de milit. teſtam.* ſic matricula Imperij ſtatum eſſe docet *Geil. lib. 1. obſ. 21 num. 4 Hinc a Rol à Vall. conſ. 91. n 3. & Regner Sixt. de regal. lib. 1 c. 4 n. 73.* Reges indigitantur.

Gaudent itaque omnibus privilegiis quæ ſtatibus Imperij competunt, excepto jure Auſtregarum quo non omnes ſed quædam tantum decorantur, *Mindan. de proceſs. l. 1. c 19. n. 21.* quales ſunt: Eßlingen / Dünckelſpiel / Nürnberg / Regenſpurg / Schweinfurth / Straßburg & Reudlingen / *Schvvanem. l. 1. proceſſ. Camer. c. 7. nu. 3. clariſſim. Dn. D. Biccius in S. ſect. rer. quotid. nu.* 69.

Quibus *Matth. Steph. l. 2. p 2. c. 1. de juriſd. n. 18.* Brunſvicum adjicit, cum tamen hæc civitas nullam in Comitiis ſeſſionem obtineat juxta ipſum *Steph. l 2. p 2. c. 1. nu 6.* in quo formale Status Imp. conſiſtit prout ipſe fatetur *d l. 2. p. 1. c. IV. n. 35.*

Ex quo tale formatur argumentum.

Q. nec ſeſſionem nec ſuffragium in Comitiis habet, ille non eſt Status Imp. nec per conſequens matriculæ incorporari debet, Brunſvicum nec ſeſſionem nec ſuffragium habet E. Maj. & Minor ipſius authoris dictis confirmantur.

Hic Q. An Civitates imperiales in Comitiis conſultendi aut ſuffragandi jus habeant? *Peucer. in complem. Cronic. Philip. Melancht lib. 5. & Author* von *relationibus* in Reichs-Sachen prius conſtanter aſſerit; Doch iſt inquit, im Reich wenig erhört/ daß die Stätt einander bedencken haben/oder der zwey andern Räth bedencken diſputiren/ſondern laſſen es darbey bleiben.

Sed contraria verior videtur, quam illa verba in literis ſeu edictis Cæſareis extantia ſatis ſuperque corroborent; mit vnnd

neben andern Ständen helffen / handeln Rathſchlagen vnd ſchlieſſen. 1. quia quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. *c. quod omnes d. R. I. in 6.* 2. quia in actibus univerſitatis in quibus tractatur de rebus ſingulos concernentibus non ſufficit partis maioris conſenſus ſed omnium *c. in re communi de R. I. in 6.* Sed deliberationes Imp. ipſas etiam civitates concernunt, de quarum interdum ludi- tur: quapropter pari formula cum cæteris ſtatibus concludunt: mit vnſerm gutẽ wiſſen willen vnd Rath fürgenommen / geſchehen / auffgericht / geordnet vnd beſchloſſ quam formulam uſurpare non poſſent, neceſſitati approbationis aſtringerentu velle enim non creditur, cuius voluntas a alio dependet *l. 4. Inſt. de R. I.* cui opinion ſubſcribit *Paurm. de Iurisd. n. 23. Clut. th 27. Buxt. in A. B. th. 5. & plures alii.* Hæc d ſtatibus imp. dixiſſe ſufficiat.

Cum autem oppoſita iuxta ſe poſita ma gis illuceſcant & mediatos qui non ſun imperii Status levi penicillo delineare pla cuit.

Sun

Sunt igitur hi Imperij ſubjecti, nec ſeſſionem nec votum in Comitiorum orcheſtra poſſident.

Loquimur a. hic non de omnibus mediatis quod antea tacitè innuebamus, ſed de illis tantum qui nullum in matricula locum habent. Sicut enim immedietas non efficit Statum Imp. ſic nec medietas poſſeſſioni Status derogat. Sic *Illuſtriſſimus Dux Wirtenbergicus* nullo oblatrante Status Imp. eſt, cum tamen Sveviam ſuam incolat, ut Vaſallus Auſtriæ *Limn. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 100. *& Vietor in diſp. de cauſ. exempt. Imp. concl.* 28. quales igitur ſunt mediatè Imperio ſubjecti, qui nullum in Comitiis votũ habent, *matric. de ann.* 1521. ſatis luculenter docet, quæ non tantum *affirmativè*, verum etiam *negativè* probat *Vultej. conſil. Marp.* 30. *num.* 13. *vol.* 3. *& Limn lib.* 1 *c.* 7 *n.* 67. Illi itaque qui in Matricula *de ann.* 521. non extant, nec jus Comitiorum habent, nec Status appellationem uſurpare poſſunt.

Hi dividuntur in Principes, Comites, Nobiles & Civitates.

cap.8.concl.8. quibus ſubditi juramentum ſubjectionis & fidelitatis præſtare tenentur, *Caſp. Ziegl. in comm. concl. ad Auream praxin. §. nobiles concl. 1. n. 2. & ſeqq.*

Hic Q. An Status Imperij qui in alicujus Principis diſtrictu caſtra aut villas habet quoad jurisdictionem illi ſubjectus ſit?

Hæc acriter inter *Ortenburgenſem & Ducem Bavariæ* agitata, ſuffragante Beſoldo, hodiè adhuc ſub incudem à quibuſdam revocatur. Nos hac in controverſia à Negantium parte ſtamus, hoc nixi fundamento: Si Status Imp. ſubjectus eſſet inferiori Principi, illi ſubjectionis juramentum præſtare deberet: Sed hoc eſt abſurdiſſimum.

Status enim Imp. ſe in libertatem vindicavit, *Gilm. Symphor. tom. 5. rel. 9.* ſed juramentum non propter res poſſeſſas ſed ratione perſonæ præſtari debet, *Coler. de proceſſ. execut. part. 2. c. 1. num. 23. Matth. Steph. c 7. num. 215.* Cum itaque Status Imp. ſit libera perſona & *IN* non *SUB* territorio habitet, paria ſunt in effectu lo-

cum eſſe exemptum vel eſſe extra territorium, *Natt.conſ.301.n.2. Meichſn.tom.2.lib. 1.deciſ.8.num.42.*

Civitates Municipales Landſtätt dictæ R. A. zu Speyer *de an.* 1544 olim nulla gaudebant jurisdictione *l. privatorum C. de jurisdict.* privatorum enim loco habebantur *l.cum qui 16.ff.de V.S.* hodie verò illarum quamplurimæ, licet mero mixtoque Imperio regulariter deſtituantur & tantum notionem ſimplicem habeant, *Steph.l.2.p.2.c.2. n. 8.* ſive ex conceſſione Principis ſive privilegio Imperatoris ſive præſcriptione immemoriali ſive alio quovis titulo omnimodam jurisdictionem obtinent, ratione cujus jus homagij habent & in delicta in ſuis civitatibus commiſſa animadvertunt.

Hîc Q. I. An civitas provincialis vi omnimodæ jurisdictionis in domeſticum ſive aliquem ex familia Principis delinquentem animadvertere poſſit? Nos affirmativam ſequimur, pro qua facit *l. in offic. C. de off.rect.prov.* ubi expreſſe dicitur, quod rectores vel præſides Provinciæ, q... præfe-

ctis

ctis prætorio inferiores erant, officiales Præfectorum delinquẽtes punire poſſint: Nec obſtat territorialis ſuperioritas Principis qui quamvis hujus conſideratione prædicto caſu exemptus ſit, non tamen ſtatim ſuos familiares ejusdem participes reddit, *Diſſ. Matth. Steph. l. 2 p. 2. c. 2. n.* 81.

II. quær: An detur aliud civitatum genus præter municipales ſeu Imperiales. Reſp. quod ſic: Mediant enim inter has Civitates Status mixti, quæ Imperatorem quoad regalia & jurisdictionem, ratione verò territorij Principem ſuperiorem recognoſcunt: quales ſunt *Hamburgũ, Norinberga* & plures aliæ, quas tamen à principaliori Civitates Imperiales rectius appellari puto, *Matth. Steph. de jurisd. l. 2. p. 2. c. 1. n. 18.*

Et hæc ſunt quæ perfunctoriè in nullius tamen præjudicium pro conceſſo ingenij talento delibare volui. Navicula itaque in portum deducta anchoram figo, & te, lector benevole, plura deſiderantem ad cultiores & prolixiores remitto.

Ingenioſo, & raræ eruditionis Juveni,

D. THEODORO SPRENGERO SUO:

HActenus Aonias pectus, Theodore, per artes
Efformaſſe tibi ſedula cura fuit.
Hactenus ingenuos Sophiæ digreſſus in hortos
Ingenij publicas divitis arma tui.
At nunc, dum legum ſpatioſa volumina tractas,
Conatus Themis hos comprobas alma tuos.
Nec ſatis eſt doctos manibus triviſſe libellos,
Juſtiniane, tuos, Bartole ſive tuos,
Quin etiam plenus ſemper melioribus auſis
Spiritus, ut fœtum gignere poſſit, habet.
Sic, ubi nuper eras dulci de Pace locutus,
Non ſine laude novum jam meditaris opus.

Sci-

Scilicet argutas ꝙ poſſit abire per aures,
Et ſtudiis addat robur opemq; bonis.
Quid loquar? Ante tuos ſurgis velocior annos,
Impiger ignavas præcipitasque moras.
Ergo tibi ſtimulo non eſt opus. Ipſe citato
Nominis ad famam pergis ut ire gradu.
Sit felix calor ille tuus! Quicunque trophæa
Obſcurus nunquã, ſic modo fugit, erit.

Singular, affectus igitur f.
J. P. Lotichius

E*Rgò tibi* Sprengere *placent non amplius illa*
Quæ Parnaſſiacis tradit Apollo jugis?
Ergò tibi Aonij non rident porrò Poetæ
Et vel Pindaricæ plectra canora lyræ?
Sed rapido volitas montis ſuper ardua ſaltu
Parnaſſi, Aſtrææ & limina celſa petis?
Fallor, an hæc ætas, his, auſis, deniq; vires,
Omnia, ſufficiant, nec violenter eant.
Dum tamen in multis felix tibi riſit Apollo
Incipit inde Themis diva favere tibi.

Ita feraciſſimi ingenij, & magnæ eruditionis juveni gratulatur
Johannes Tack Med. Lic.

SPHALMATA.

PRæf.ad Lect.poſt impulit,dele inter.p.ſequ.pro quisquiſiis,leg.quisquiliis.p:2.pro deturbatur,leg.deturbatus. p. 3. pro perveneritꝰ,perveniret.p.5.pro quid,qui p. 7. pro Germania,Germanica.p.ead.pro nomine,nomina.p.eadem poſt Germani fuerunt,adde imperium tranſtulit.p.eadem pro obſervare, obſervari p.8.pro Advent , Avent,p.10.pro regimine,regimini, p.11.poſt aliud enim , adde eſt. p. 15.pro ſigno(legeC.p.16.pro 1b.16.p.18.pro Asyria,Aſsyria.p.20 pro Cægnol,Cagnol.p.24 pro 4. t,p.eadem pro hinc,&c,p.30.pro Baurmeiſt. Paurmeiſt.p.33.pro eum,cum,p.36.pro Dd. D. p.37. pro probet,probat,p,39,pro dignitatis, dignitates p,41.ꝑ enut,enucl,p,43,poſt pacis,dele &c p, 47, Mot,Mod,p,50,pro priores,prioris p, eadem pro Manq.Marq,p,55,pro capiunt,cupiunt, p, 56, pro 2,pone §,p,ead,pro lib,l,pro cap,C,p,57, pro uſu, uſui, p,67.pro cognoſcat,cognoſcit, p, 70, poſt deinde dele inde,p,ead, pro informandas, informandos,p,73,poſt exuitur,adde quamvis ab Imper,impetraverit,p,77,poſt vet,dele debuit,p, 96, pro Credes,crede,p,99,pro Dioregenes , Diogenes,p,ead,pro onere,oneri,p, eadem pro vitæ vita p,100,pro mutare, mutate, p, 101, pro Thebald, Thebaid,p,ead,poſt admodum dele & ponendo eſt,p,ead,pro alloquis,alloquiis p, 102, pro aſtro æſtro,p,106,pro nello,nullo p,108, pro venerint, venerit.p,111,ꝑ qui,quia,p,114, ꝑ & ex,de,ead,pro &c,eſt,

& eſt,p.119,pro ſententent,ſentent.p, eadem poſt venerabilem adde de elect,p.120,pro exautoritationis,exautorationis,p,121,pro impetr, imper,p, 124,pro Ferch,Feſch,128,poſt patrimonialia pone,ſint,p,129,pro cudendi,cudendæ p,132,pro vindicare,vendicare,p,136.pro &,in,p, 137, pro Denaiis,Denays p.147,pro Logrἀndes Losgrandes, p,151,pro ſceulares, ſeculares,p,152, pro antiquus antiquitus p,154,poſt in his enim dele debetur, p, 156,pro deliberationem deliberationes p,157,pro tranſsam tranſmiſſam p, 169, pro eo,ea, pro de ſcript,deſcript.p,176,pro Verlauffs/Verlanff,p, 177,pro Deecher,Dieter,p.184,pro ad juto, adjutu,p,189,pro prohibites prohibitus p, 192, pro prædicto prædictæ. p,195,pro Hohen Gemolzeck Hohengerholzeck/p,ead,pro Rupffen / Lupffen/ p,196,pro Kirchingen Krichingen/ p,199, pro 5, 2.pone l.42,p,201,pro conſultendi,conſultandi,p, ead,pro corroborent,corroborant,p,202,poſt de quarum,adde dorio, p, eadem pro inſt, ff, pro 204,pro Hondſtein Hanſtein/p. 206,pro cū eum. Breuiora quæ remanſerunt candidus lector pro ſua humanitate ipſe corriget.

F I N I S.

A01 1473 888

BIB
VI